Concord. Hitter.

L

CONCORDIA
HISTORIÆ SACRÆ ET PROFANÆ
PER OLYMPIADES ET FASTOS

Ex optimis Scriptoribus Græcis & Latinis ſtabilita à Roma condita vſque Chriſtum paſſum.

Studio R. D. FRANCISCI HARAEI Vltraiect. S. Th. Licentiati Paſtoris ad D. Magdalenæ apud Antuerpienſes.

II. *Editio.*



ANTVERPIAE
Proſtant apud Hieronymum Verduſsium.
M. DC. XIV.

BENIGNO LECTORI S.

QVOD *Eusebius Cæsariensis ante annos mille ducentos, & ante eum Iulius Aphricanus vtcunque; Neoterici autem, quos quidem vidi, minus assecuti sunt, ostensurus historias Græcas & Romanas meliores nequaquam pugnare cum sacris literis (quod nonnulli imperitè existimant)* supputaturus, *dico,* tempora concordi serie à Genesi Orbis, inprimis à condita Vrbe Roma vsque ad Christum passum, putà vsque ad completas septuaginta Hebdomadas apud Danielem capite nono ab Angelo prædictas, & ab omnibus penè veteribus vsurpatas, *duo potissimum mihi agenda esse video. Primum vt annos vniuersos ante Romam conditam, quam potero breuissimè, ex sacris literis in vnum contraham; hinc vt ab ea condita deinceps progrediar. Primum olim perdifficile habitum fuit, quod græca Septuaginta duorum Interpretum translatio Hebræum calculum in prioribus capitibus Geneseos quinto & vndecimo, bis mille annis & amplius excederet, ipsa etiam exemplaria græca inter se non rarò dissiderent, de quo plura mox in initio operis. Sed sublata est nunc ea difficultatis remora, postquam decreuit Synodus Tridentina sess. 4.* solam Latinam Vulgatam editionem authenticam esse habendam, & à nemine quocunque prætextu reijci oportere.

ITAQVE *priorem quidem partem ex diuinis literis paucis absoluemus; posteriorem verò aggressi (quia in eius decursu magno hiatu interrupta est sacrorum Bibliorum historia) constituto semel ex D. Augustino, imò omnium penè veterum consensu* ROMAM *conditam esse regnante Achaz Rege Iuda, & Osëe Rege Israël regnare incipiente; quod reliquum est per Annos Vrbis* ROMÆ, *simul & per Olympiades* GRÆCORVM *certissimas supputandi rationes conficiemus. De priori ista habet D. Augustinus libro decimo octauo de ciuitate Dei capite vigesimo secundo:* Tempore,*inquit,* quo ROMA condita est, Rex erat in Iuda, cuius nomen erat Achaz; in ea verò Hebraici populi parte, quæ appellabatur Israël, REGNARE COEPERAT OSEE. *Hæc D. Augustinus. Cui proximè consonat quoque Eusebius, & ante illum Iulius Aphricanus celebris temporum supputator, vt mirum sit, quod Gilb. Genebrardus nostræ ætatis Scriptor ponit*

eam conditam totis quadraginta septem vel octo annis prius. De posteriori verò ita idem Ecclesiæ Doctor libr. 2. de doctrina Christiana capite 28. Per OLYMPIADES, *inquit*, & CONSVLVM nomina multa sæpè quæruntur à nobis, & ignorantia Consulatûs, quo natus est Dominus, & quo passus, non paucos coëgit errare. *Hæc ibi. Vnde & tam accuratè, Spiritu sancto dictante, scriptum est Lucæ 3. cap.* Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, & ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta. *Inde & Ecclesia Sponsa Christi in suis Fastis (Martyrologium Græci vocant) solemniter his verbis Natalem Domini quotannis denuntiat;* Olympiade centesima nonagesima quarta, Ab Vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo, Anno Imperij Octauiani Augusti quadragesimo secundo IESVS CHRISTVS in Bethlehem nascitur. *Ita Martyrologium Ecclesiæ ad diem 25. Decembris.*

ATQVE *hæc quidem præclarè. Sed qua ratione Olympiades Græcorum commodè Fastis Romanis aptentur, res est non paruı negotij. Eusebius hactenus habitus est tantæ auctoritatis, vt eum plures (vt videre est apud Melchiorem Canum libr. 2. de locis Theologicis capite 10. & 11. & alios) contra Machabæorum sacram historiam producere ausi fuerint. Sed quemadmodum Dn.* BARONIVS *sedulus veritatis historicæ indagator in Annalium suorum initio Iosephum primi alioqui ordinis Historicum in annis Herodis grauiter errasse optimis rationibus commonstrauit (de quo vide etiam in his nostris lucubratiunculis ad Annum Vrbis septingentesimum vigesimum tertium) ita & nos, nisi vehementer fallimur, Eusebij quoque Chronicon aliquoties grauissimè hallucinatum esse, tandem post viginti & amplius annorum in hoc argumento collocatum studium, deprehendimus: Partim quidem, vt videtur, quod Consules in historia Iosephi & alibi occurrentes non ad Fastos correctos, quales ex Dionysio Halicarnassæo & Liuio erui poterant, sed ad vitiosos (cuiusmodi in Diodoro Siculo quoque inueniuntur) expenderit; partim etiam, (cogor dicere) quod homo non Orthodoxus, sed (vt Hieronymus in epistolis ad Pammachium & Ctesiphontem eum vocat) Arrianæ impietatis assertor, numeros in libris Regum & Machabæorum positos minores faciens (certè nunc in Græcis & Hebræis etiam Regijs seu Complutensibus Biblijs ijs in locis de quibus agimus, ijdem nu-*

meri

meri sunt, qui in Latinis) corruptos numeros annorum Regum Syriæ & AEgipti in Strabonem & alios, vt fit, incuriâ librariorum illapsos, potius sequutus fuerit quàm numeros sacrorum Bibliorum. Vide pleniùs infrà ad Annum Vrbis decimum quintum, centesimum nonagesimum quartum, quingentesimum octuagesimum quintum, & sexcentesimum nonagesimum. *Denique qui Dionysium Halicarnassæum eximium Scriptorem, qui annis aliquot ante Christum natum vixit, & ex quo veluti solo quod quæritur præstari posse videtur, exactè per Tabulas expresserit, adhuc repperi neminem.*

INTER *eos etiam qui nostro seculo Fastos correctiores ediderunt, non eadem est omnium sententia.* Alij constituerunt primos Consules Anno Vrbis ducentesimo quadragesimo tertio, *vt Contius ad finem Codicis Iustiniani editi Parisiis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono apud Guilielmum Merlin & socios.* Alij Anno Vrbis ducentesimo quadragesimo quarto, *vt idem Contius in posterioribus editionibus sequutus Fastos Sigonij.* Alij Anno ducentesimo quadragesimo quinto, *vt Haloander pridem in fine eiusdem Codicis Iustiniani, item Glareanus ad Dionysium Halicarnassæum, & non pauci alij: quem calculum & Onufrius, imò & Martyrologium Ecclesiasticum sequitur, tradentes Christum natum Anno Vrbis septingentesimo quinquagesimo secundo. Sed prima opinio meritò reiecta est. Nam apud Liuium, & inprimis apud Dionysium Halicarnassæum primarios historiæ Romanæ Scriptores certum est vltimum Romanorum Regem Tarquinium Superbum pulsum esse primum Anno Vrbis ducentesimo quadragesimo quarto. Tantum Eutropius (si tamen corruptus non est in numeris) cum suis sequacibus notat id factum Anno Vrbis ducentesimo quadragesimo tertio. Sed, vt omnes eruditi nôrunt, longè maior est priorum quam posteriorum in huiusmodi auctoritas. Adde quod Contius in illa supputatione alium annum tribuat L. Iunio Bruto cum L. Tarquinio Collatino, & alium Sp. Lucretio Tricipitino cùm P. Valerio, cum tamen constet etiam ex ipso Eutropio primo illo anno omnes quatuor iam dictos, alios post alios, Consulatum gessisse: quare in posterioribus editionibus seipsum quoque meritò correxit idem Contius.*

PORRÒ tertiæ opinionis tolerabilior est error; est tamen & ille de-

tegendus. *Fatemur, tradit Dionysius Vrbem conditam anno primo Olympiadis septimæ, Consulesq́. primos creatos anno primo Olympiadis sexagesimæ octauæ (qui proinde prorsus videatur Annus Vrbis ducentesimus quadragesimus quintus) Sed hoc multos fefellit, atque etiam Glareanum, qui alioqui non parum Dionysium illustrauit, quod primum Annum Olympiadis septimæ per omnia aptauerint primo Anno Vrbis, & consequenter. Sed aliter se res habet.* Nam Annus Olympicus *(vt post alios quoque Baronius in doctissimis suis Annalibus ad Annum Passionis Christi annotauit)* initium sumebat à Ludis seu Certaminibus Olympicis circa Solstitium æstiuum mense Iunio celebrari consuetis, Annus verò Romanus a. d. XI. Kalendas Maij, quando condita est Vrbs, vel posteà a. d. Kalend. Ianuarij quando noui creabantur Consules. *Itaq́. Annus primus Vrbis complectebatur tantum duos menses postremos anni primi Olympiadis septimæ; ac proindè nequaquam debet is vocari annus primus Vrbis. Et similiter Consules primi creati sunt anno primo Olympiadis sexagesimæ octauæ, non exeunte, sed ineunte, & ex anno Romano quatuor tantum mensibus (vt Dionysius testis est) restantibus.*

DEMVM, *vt vno verbo dicam*, nec Annus primus Olympiadis septimæ, nec secundus debet vocari Annus primus Vrbis, sed, *id quod res est*, Annus primus Vrbis complectitur partem extremam anni primi istius Olympiadis, & partem priorem anni secundi, *& in cæteris simili modo. Quare & numeros Olympiadum non è regione Annorum Vrbis, sed paulo inferiùs constituimus, hoc ipsum innuentes. Atque ea res diligenter obseruata, vt suis locis patebit, præter alios plures nodos, etiam soluet illum à D. Baronio To. I. quidem productum sed non solutum, vt intelligatur Eclipsim Solis à Phlegonte homine ethnico Liberto Hadriani Imperatoris annotatam ad Annum quartum Olympiadis ducentesimæ secundæ, & Tiberij Imp. decimum octauum, esse eandem cum illa quæ in Passione Christi ab Euangelistis commemorata in Martio vel Aprili contigit; quod alioqui secundum Tabulas Eusebij aut Glareani ne fingi quidem potest, multo minus secundum Eutropij sequaces, qui volunt Romam conditam anno tertio Olympiadis sextæ.* Sequemur igitur in FASTIS Consularibus probatam hoc tempore eruditioribus sententiam, *vt anno ducentesimo quadragesimo quarto creati sint primi Consules*; sed in OLYMPIADIBVS hanc ipsam quam iam diximus,

à nullo

à nullo quidem, quod ſcire potuimus, hactenus in Tabulas redactam, ſed tamen veriſſimam, & (vt vidimus) neceſſariò ex Dionyſio deductam.

S*i quis inſtet, Quid ergo? An recedam ab Euſebio iam tot ſeculis recepto? Dico, In iis quæ ſuprà indicaui neceſſariò recedendum fuit, vt ſuis locis quoque manifeſtum erit, in aliis verò recedo ab eo & non recedo. Nequaquam enim diſſentio ab eo in vniuerſum. Nam vbi ille ponit initium cuiuſcunque anni Olympici, ibi à me conſtituitur eiuſdem anni medium, hoc eſt menſes ſex poſteriores: Atque eatenus, fateor, recedo. Et niſi id fiat, nunquam grauiſſimæ obiectioni à Baronio eo loco motæ ſatisfiet; quin & Dionyſius, vt ex ſuperioribus colligi poteſt, ſibi ipſi quoque erit contrarius. Accipe igitur, candide Lector, has Olympiades & Faſtos candido vultu. Et ſi quid me erraſſe nihilominus deprehendes (nam homo ſum) in bonam partem, quæſo, ſed tardè corrige. Certè quas moleſtias, quæ tædia deuorauerim vt his ſcriptis* Hiſtoriam quæ, *teſte Cicerone,* magiſtra vitæ & nuntia vetuſtatis eſt, *pro viribus exornarem, nemo ſcit niſi ille ſolus, qui, vti confido, ea præmio aliquando dignabitur Deus Opt. Max. diues in omnes qui inuocant eum.* Vale

V. Kalend. Iulii CIↃ. IↃ. CII.

IN

Concordiam Historicam R. V. Francisci Harai

AD LECTOREM

HEXASTICHON R. V. AVB. MIRÆI,

CANONICI ANTVERPIENSIS.

Historiam quisquis sacram, tractasue profanam,
Sume laboratum quod tibi surgit opus,
Magnum opus, & magni sortem moliminis vrget
HARÆVS, *magnæ conditor Historiæ.*
Cuius nunc specimen tibi præbet: docta proinde
Si sapis, hæc index linea Apellis erit.

CENSVRA.

SI rerum omnium seriem quibus fælicitas hominis paratur, Historiæ tribuendam senserit in epistolis Plinius, ab eaque sumi rerum ad actiones moresq; pertinentiũ rationem; Concordia sanè hæc Historica è sacris & profanis Scriptoribus per R. D. Franciscum Haræum studiosè contexta, multum in Rebus-publicis priuatisque momenti habere dicenda est, vt in qua priscæ authoritatis Scriptores castigantur, & veritas, quæ Historiæ finis est, laboriosè eruitur. Quam maxime igitur bono publico in lucem poterit emitti. Quod testor VI. Idus Februarij M. DC. XIV.

LAVRENTIVS BEYERLINCK, *S. Theol. Licent. & Censor Librorum Antuerp.*

CONCORS SERIES

Historiæ sacræ & non sacræ

potissimum ab Vrbe Roma condita vsque ad Christum passum.

QVot anni ab Orbe cōdito vsque ad decimum tertium annum Achaz Regis Iuda, & annū primum Osee Regis Israël effluxerint (quādo, vt ex D. Augustino & ex alijs vetustissimis Scriptoribus paulo post docebimus, Vrbs ROMA *condita est) ita ex certissimis sacrarum literarum monumentis accipe: A creatione Mundi vsque ad Diluuium anni sunt mille, sexcenti quinquaginta sex.* Est id manifestum ex Geneseos quinto & septimo capitibus. *Græca quidem Biblia, hoc est, Septuaginta duorum Interpretum translatio simul hîc & vndecimo capite excedit bis mille & amplius annis. Sed id minoris momenti est, posteaquàm iam declarauit sancta Synodus Tridentina sessione quarta, solam Latinam vulgatam Editionem authenticam esse habēdam.*

Quin Translatio illa septuaginta duorum Interpretum in cæteris recepta dudum auctoritatis, quam in supputationibus annorum seu numeris dubiæ semper fidei extiterit, D. Augustinus libro decimo quinto de ciuitate Dei pluribus locis ostendit. Inter cætera capite vndecimo ista habet: *Per hanc discrepantiam,* inquit, *exoritur illa famosissima quæstio, vbi Mathusalem quatuordecim annis vixisse post Diluuium computatur, cum Scriptura ex omnibus qui in terra tunc fuerant, solos octo homines in Arca exitium commemoret euasisse Diluuij, in quibus Mathusalem non fuit.* Hæc D. Augustinus, *ex 1. Petri 3. meritò improbans septuaginta Interpretū lectionem quo ad annos Mathusalem.* Et de vniuerso negotio his verbis concludit capite decimo tertio: *Itaq;,* ait, *illa diuersitas numerorum nec malitiæ Iudæorum nec diligentiæ vel prudentiæ septuaginta Interpretum, sed Scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca Regis (Philadelphi) codicem describendum primus accepit.* Et paulo pòst, quid itaque sequendum sit, ostendens; *Sed quomodo libet illud accipiatur, siue*

credatur ita esse factum, siue non credatur, cum diuersum aliquid in vtrisque codicibus (græcis & hebrais) inuenitur, quandoquidem ad fidē rerum gestarum vtrumque esse non potest verum, ei lingua potius credatur vnde est in aliam per Interpretes facta translatio. Ita D. Augustinus, *vt non immeritò Synodus Tridentina iam declarârit solam vulgatam Latinam sacrorum Bibliorum Editionē Hebræo proximè respondentem, habendam esse authenticam, proinde etiam nemo iure dubitet de supputatione ex illa desumpta.*

Est itaque hic qui sequitur verus Annorum calculus.

Ab Orbe condito vsque ad cōpletum Diluuium, anni sunt mille sexcenti, quinquaginta sex. 1656.

Patet, vt diximus, Genes. 5. & 7. capitibus.

Hinc vsque ad promissionē factam Abrahæ, trecenti, sexaginta septem. 367

Vide Genes. 11. & 12.

Inde vsque ad egressum Israëlitarum ex Ægypto, quando lex data est, anni quadringenti triginta 430

Cōstat ex Apost. ad Gal. 3.

Ab eo tempore vsque ad ædificationem templi, hoc est, vsque ad annum quartum Salomonis anni quadringenti octoginta 480

Patet 3. Regum 6.

Hinc vsque ad finem duodecimi anni Achaz, anni ducenti octoginta quinque 285

Vide à capit. 11. lib. 3. Regū vsq; ad caput 16. lib. 4.

Et anno sequenti, qui est decimus tertius Achaz Regis Iuda, & primus Osee Regis Israël condita est ROMA.

ANNI itaque à creatione Mundi vsque ad conditam Vrbem ROMAM, simul ter mille, ducenti, octodecim. 3218.

Atque hæc est supputatio vetustissimorum temporum summatim comprehensa. Quam qui desiderat sacræ rei studiosior latiùs extensam, videbit, Deo dante, quamprimùm commodū nacti fuerimus Typographum, qui TABVLAS *nostras instar* EVSEBIANARVM *ab Orbe condito vsque ad hæc nostra tempora multorum annorum vigilijs à nobis elucubratas cudet.*

Nunc à ROMA *condita temporum seriem, resque maximè memorabiles ad omnium hominum quantùm fieri potest captum distinctè tradamus.*

Tempore, quo ROMA cōdita est, *inquit D. Augustinus libro decimo octauo de ciuitate Dei capite vigesimo secundo,* Rex erat in Iuda, cuius nomen erat Achaz; in ea vero Hebraici populi parte, quę appellabatur Israël REGNARE COEPERAT OSEE. *Hæc Augustinus, cui & proximè*

accedit

accedit Eusebius in Chronico & ante eum Iulius Africanus.

Porrò ROMA *condita est à* ROMVLO *&* REMO *spurijs, vt Plutarchus & alij eos vocant. Hi gemini ex furtiuo cõcubitu, vt fingebatur, Martis, filij fuerunt Iliæ seu Rhea Syluia filiæ Numitoris Regis Latinorum. Quē cum Amulius frater natu minor regno pepulisset, etiam hos paruulos in profluentem Tyberim proijci iussit. Sed beneficio Faustuli Pastoris seruati, & ab eius vxore, quæ propter quæstum corporis Lupa vocata est, vt Eusebius rem interpretatur, educati sunt. Demum cum adoleuissent, collecta Pastorum manu, Amulium,* vt verbis L.Flori vtar, *ab arce deturbant, Numitorem auum reponunt, ipsi mœnia noua Vrbis agitant. Eheu, sed fratris maduērunt sanguine muri. Nempe Remus dum irridet angustias nouæ Vrbis, saltu dubium (ait idem Florus) an iussu fratris, occisus est.*

ROMVLVS I. ROM. Rex.

Cœpit regnare annos tantum
natus octodecim, vt Dionys.
0 *Halicarnassæus testatur.*
7 Regnat an. triginta septē.
Condidit Vrbem, teste eo-
1 *dem Dionysio, anno post*
captam TROIAM *qua-*
2 *dringentes. trigesimo secundo*
Olympiadis septima anno
3 *primo, sed in proximo Solstitio*
mensis Iunij finiendo. Vtpote
condi cœpta est, vt Plutar-
4 *chus commemorat xj. Kalend.*
8 *Maij, & annus Olympicus*
finiebatur in ita dicto Solstitio
5 *mensis Iunij.*
Intereà Rex IVDA, hoc
est, duarum Tribuum A-
6 CHAZ adhuc annos qua-
tuor. Hinc EZECHIAS
annos viginti nouem incō-
pletos, hoc est, viginti octo
7 integros; de quo vide Ta-
bulas nostras. Demū MA-
NASSES annos quinque
8 tempore Romuli, & vnum
9 posteà tempore Interregni,
ex ānis quinquaginta quin-
que, quibus in vniuersum
9 præfuit.
Rex ISRAEL, id est, de-
cem reliquarum Tribuum
10 OSEE annis nouem.
Posteà Salmanassar Rex
Assyriorum, vt est 4. Regū
18. capite, expugnata Sama-
11 ria eum abduxit captiuum
cum decem Tribubus, in
quibus fuit & TOBIAS
vir sanctus.
Eusebius in Chronico in
pluribus alioqui diligens &
12 *accuratus annotat Osee ab-*
10 *ductum esse integris vndecim*
annis prius, videlicet vndeci-
13 *mo anno Achaz. Sed sicut in-*
frà ad Annum Vrbis centesi-
mum nonages. quartum ma-
14 *nifestè dissentit ab Herodoto*
celeberrimo & vetustissimo

Scriptore, & ad Annum sex-
centes. nonagesimum à Iose-
pho, imò & ab omnibus Hi-
storicis Romanis, nec in vno
tantum aut altero anno, sed in
15 quatuor annis & amplius, vt
plures eius errores, qui occur-
rent, simul hîc non commemo-
rem; ita non mirum, si hîc &
16 infra in Machabæis ad An-
11 num Vrbis quingentesimum
octuagesimum quintum, homo
(D. Hieronymo attestante
17 in epist. ad Pammachiũ &
Ctesiphontem) non Ortho-
doxus, etiam nimia in Scrip-
tura sacra numeris libertate sit
18 vsus. Certè nunc in græcis quæ
quidem videre potui, æquè at-
que in Latinis, quarti Regum
decimo octauo capite id fa-
19 ctum legitur, non annò vnde-
cimo Achaz, vt annotauit
Eusebius, sed anno sexto E-
20 zechiæ, atque adeò decem vel
12 vndecim annis tardiùs. Est
quidem difficultas in annis
Regum Iuda & Israël conci-
liandis, sed vide de his Ta-
21 bulas nostras.

Cæterum de Regibus Me-
dorvm ac aliarum na-
tionum, qui hoc tempore impe-
22 rârunt sic habet idem Eusebius
annis sexaginta octo ante Ro-
mam conditam: Arbaces,
23 inquit, Medus, pulsò Sar-
danapalo Assyrio,
regnum in Medos transtu-
lit interim sine principibus res
24 agebatur vsque ad Dio-
13 clem. Medio quoque tem-
pore Chaldæi propè
præualebant, quorum & se-
25 paratæ successiones Regum fe-
runtur, reliquæ etiam gentes
suis Regibus gaudebant. Hæc
26 Eusebius eo loco, cui ad sti-
pulantur tum sacræ literæ in
libris Regum pluribus locis,
27 tum etiam Herodotus & a-
lij. Sed nos tantum præci-
28 pua delibabimus, à Diocle
14 illo seu Deioce suo loco, hoc
est, Olympiade decima octaua
initium sumpturi.

29 Romvlvm autem
his verbis L. Florus lib. 1. ca-
pit. 1. eleganter & breuiter
depingit: Imaginem, inquit,
30 Vrbis magis quam Vrbem
fecerat. Incolæ deerant. Erat
in proximo lucus; hunc Asy-
31 lum facit, & statim mira
vis hominum. Latini Tusci-
que Pastores, quidam &
transmarini Phryges, qui
32 sub Ænea, Arcades, qui sub
15 Euandro influxerant. Sed res
erat vnius ætatis, Populus vi-
33 rorum. Itaque matrimonia
à finitimis petita quia non
impetrabantur, manu capta
34 sunt. Simulatis quippe ludis
equestribus, virgines quæ ad
spectaculum venerant, præda
fuere. Et hæc causa bello-
35 rum. Pulsi fugatique Veien-
tes;

tes; Caninensium captum ac dirutum oppidum: Sabini vix repulsi; deinde pax facta
36 *cum Tatio, fœdusque percus-*
16 *sum.* Hæc Florus

Perijt Romulus (*vt Dionysius loquitur*) annos sep-
37 tem & triginta dominatus, quintũ & quinquagesimum vitę agens, discerptus à Senatoribus. *Florus sic rem narrat: Repentè cum concionem haberet ante Vrbem apud capræ paludem, è conspectu ablatus est. Discerptum aliqui à Senatu putãt ob asperius ingenium. Sed oborta tempestas Solisque defectio consecrationis speciem præbuêre.* Ita Florus. *Plutarchus refert id factũ Nonis Quinctilibus, nunc est dies septima mensis Iulij.*

Anno sequenti, inquit idem Dionysius, *Rex nullus*
38 *creatus est, sed* PATRICII *à Romulo ducenti numero lecti cum essent, diuisi sunt in Decurias; posteaque, immissa sorte, illi quorum sors prima exibat, Vrbi præsidebant, non simul omnes sed ex successione quinos dies singuli. Elapso autem primis* INTERREGIBVS *quinquaginta dierum spatio, alij Decuriatum accipiebant, & ab illis rursus alij.* En ipsa verba Dionysij. *Nempe quia Otho in sua Introductione & alij nonnulli perperam ponunt quinto quoque die denos simul præfuisse.*

Tandem NVMA Pompilius Sabinus ad Imperium euocatur anno tertio Olympiadis decimę sextæ, *putà qui inchoabatur anno Vrbis trigesimo octauo, & finiebatur anno trigesimo nono, in Iunio, vt suprà plenius declaratum est.*

NVMA Pompilius II. ROM. Rex

Regnat an. quadraginta
39 tres. *Annus eius primus est Vrbis trigesimus nonus.*
Apud IVDÆOS Rex
40 idem MANASSES, ità vt
17 annus Numæ vltimus sit Manassis quadragesimus
41 nonus ex quinquaginta quinque.
Apud MEDOS ab anno primo Olympiadis decimę
42 octauę DIOCLES seu Deioces annos triginta octo ex quinquaginta tribus, qui bus in vniuersum regna-
43 uit, de quo pluribus infrà suo loco.

Porrò anno Manassis cir-
44 *citer decimo tertio, hoc est Vr-*
18 *bis Romæ quadragesimo quinto, contigit, vt videtur.*
45. Historia sacra IVDITH.
Sanè multorum ingenia tũ veterũ tum Neotericorũ desudãrunt, vt commodum huius historiæ tempus assignarent, de quo prolixè apud Bellarminum, Melchiorem Canum, & alios. Veteres confusè eam reijciunt ad tempora Persa-

rum post reditum Iudaorum ex Babylone. Sed obstat quod capite primo eiusdem historia Arphaxad Rex Medorum dicitur victus à Nabuchodonosore Rege Assyriorum, & (vt Scriptura loquitur) *quod obtinuit eum Nabuchodonosor. Nam nullum vsquam vestigium est apud Herodotum vel similem Auctorem, Regem aliquem Medorum posteaquam ad Persas translatum fuit Imperiū, ab aliquo potentiori fuisse superatum, excepto vltimo Dario, quem vicit Alexander Rex Macedonum.*

Itaq; contigerit hac historia, vt diximus, anno Manassis circiter decimo tertio, fuerit que tunc IVDITH *quadragenaria, obieritque anno ætatis centesimo quinto.* (quod græca Biblia capite decimo sexto explicatius ponunt.) *Est is Iosia Regis vigesimus primus. Qua ratione etiam non difficulter intelligetur, quomodo verum sit, quod ibidem narratur his verbis: In omni autem spatio vita eius non fuit qui perturbaret Israël (seu bello impeteret) & post mortem eius annis multis; annis scilicet, vt minimum adhuc decem. Quod spatium temporis ne mireris magnum vocari, confer qua sunt Tobia primo, & quarti Regum decimo octauo & decimo nono capitibus, de tēpore inter abductas decem Tribus per Salmanassar & inter finem regni Sennacherib, quod certè fuit tantum annorum octo aut nouem.*

Neque mea tantum hac est opinatio. Nam cum penè absoluissem has lucubratiunculas, incidi opportunè in Serarij commentarium in Iudith hac eadem ferè tradentem, vnde nō parum gauisus fui. Quin, nî fallor, etiam aliquid lucis ei addi poterit. Putà agens de Arphaxad, neminem nominatim designat; tum etiam putat annos Regum Medorū in Herodoto & Diodoro nonnihil mutandos. Sed nos Herodotum & Eusebiū in his per omnia sequimur, & nominatim dicimus Regem illum Medorum Arphaxad esse DIOCLEM; *cognominatum autem esse Arphaxad* (quod & Serarius suggerit) *ab Arbace seu Arbaxe primo illo Medo triumphatore Sardanapali, sicut & omnes Imperatores Romanorū vocantur Cæsares & Augusti.*

Caterum si quis quarat, Quid ergo verba illa Achior ad Holofernem Iudith quinto capite sibi velint; Nam & ante hos annos exterminati sunt praelijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reuersi ad Dominū Deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt vt ascenderent montana hac omnia, & iterum possident Hierusalem? Respondeo *non significari captiuitatem Babylonicam. Nam sic non diceret (plurimi captiui abducti sunt) sed potius omnes. Deinde si nuper & velut recenter reuersi erant, iam*

non erat. Hierusalem, iacuit enim illa à Cyro vsque ad Artaxerxem per annos vt minimum octoginta, vt posteà ex libro primo Esdræ pleniùs confirmabimus. Itaque intelliguntur tum dispersiones aliæ prius facta, tum inprimis ea quæ sine dubio facta est, quando Manasses Rex (vt est secundi Paralipom. trigesimo tertio capite) *in Babylonem captiuus abductus est: quando paulo pòst, qui huc illucque capto suo Rege diffugerant, ex metu confirmati iterum in vnum conuenerunt, Rege nihilominùs in Babylone detento.*

Serarius existimat historiam contigisse Manasse reuerso ex Babylone, sed ego ita, vt dixi, potiùs rem interpretor, maximè quod alioqui intelligi vix possit, quomodo in hoc libro Iudith nulla fiat Regis alicuius mentio, sed omnia agat & præscribat summus Sacerdos, quomodocunque Serarius hoc propter pœnitentiam, cui Manasses se totũ dederit, excuset.

Tantum reliquum est, vt explicetur quis fuerit ille Nabuchodonosor, cuius ibi mentio est. Certè nequaquam fuit Rex ille Babylonius, qui Manassem abduxit captiuum. Nam hic (vt est Iudith 1. cap.) *regnauit in Niniue. Imò, vt videtur, nec fuit ex posteris Salmanassar vel Asaraddon quantũuis Serarius id putet. Nam ita præfectus eius Holofernes non fuisset tam ignarus rerum Iudaicarũ, sicut de eo traditur capite quinto. Sed fuerit quicunque nouus homo Scytha vel similis, qui instar turbinis omnia vastauerit, regni sede,* vt est capite 1. *in Niniue constituta. Neque mirum hoc cuiquam videbitur, qui attentè leget ea quæ paulo pòst ad Annum Vrbis centes. decimum nonum ad Cyaxarem de alio Nabuchodonosore ex Herodoto annotamus, atque item quæ leguntur apud eundem libro quarto in expeditione Scythica Darij Hystaspis.*

Atque hæc quidem pluribus, sed difficultas quæstionis requirebat.

De NVMA Pompilio
46 sic Florus lib. 1. cap. 2. *Successit Romulo Numa Pompi-*
47 *lius, quem Curibus Sabinis agentem vltrò petiuêre ob*
48 *inclitam viri religionem. Ille sacra & ceremonias om-*
29 *nemque cultum deorum im-*
49 *mortalium docuit. Ille Pontifices, Augures, Salios, cæterosque per sacerdotia, an-*
50 *num quoque in duodecim menses, fastos dies nefastosq;*
51 *descripsit. Ille Ancilia atque Palladium secreta quadam*
52 *Imperij pignora,* IANVM-
30 QVE *geminum, fidem pacis ac belli; inprimis focum* VE-
53 STÆ *virginibus colendum dedit, vt ad similitudinem cælestiũ syderũ custos Imperij*
54 *flãma vigilaret: atq; hæc omnia*

quasi

quasi monitu deæ Ægeriæ, quò
55 *magis Barbari acciperent. Eò*
denique ferocem populum re-
56 *degit, vt quod vi & iniuria*
21 *occupauerat Imperium, reli-*
gione atque iustitia guberna-
57 *ret.* Hæc Florus.

Et Dionysius lib.2. suæ hist.
58 *de virginibus Vestæ clariùs:*
Quæ deam, inquit, *colebant*
59 *Virgines quatuor à principio*
erant, eligentibus eas Regibus,
60 *posteriùs autem propter mul-*
22 *titudinem sacrorum ministe-*
riorum sex facta vsque ad
61 *hæc tempora permanent. Tri-*
ginta annos necesse est mane-
62 *re eas innuptas & castas.*
Quo in tempore opus est eas
63 *decem annis discere, decem*
sacra perficere, decem vlti-
mis alias edocere. Et nonnul-
64 lis interiectis: *His autem*
23 *honores multi & pulchri red-*
65 *duntur, sed pœna quoque*
delinquentibus magna. Viua
66 *enim emittuntur super lecti-*
cam more mortuorum, ac per-
lata vsque ad portam Colli-
67 *nam in monumento deponun-*
tur. Ista Dionysius.

Sub hoc Numa SYBIL-
68 LA SAMIA, *quæ He-*
24 *rophyla appellabatur, in Samo*
69 *insignis habetur, vt Eusebius*
ad Olympiadem *decimam*
septimam annotat.

Fuerunt autem Sybillæ va-
70 *tes in diuersis Orbis partibus,*
ob insigne virginitatis (vt D.
71 Hieronymus existimare vi-
detur lib.1. contra Iouinia-
num) *quasi* θεὶς *vel Æolicè*
72 σιὸς βουλαί, *id est, Dei consi-*
25 *liariæ. De quarum numero*
& singularum ætate & patria,
73 *tametsi non æque consentiant*
Scriptores (de quo prolixè
74 L. Viues in lib.18. Augusti-
ni de ciuit. Dei cap.22.) *ta-*
men de earum oraculis præci-
75 *puis nemo prudens vnquam*
dubitauit, vt latiùs confir-
mabimus circa Annum Vrbis
76 *septingentes. quinquages. pri-*
26 *mũ, qui est Annus nati Chri-*
77 *sti Saluatoris.*

Olympiade etiam circiter
decima octaua NICO-
78 MEDIA *condita est, quæ*
prius Astacos vocabatur. Par-
theni quoquè TAREN-
79 TVM, *& Corinthij* COR-
CYRAM *condiderunt.*
Similiter Olympiade vigesima
quarta CHALCEDON
80 *&* CYZICVS *extructa*
27 *sunt.*

Obijt Numa Pompilius
81 senectute dissolutus annos
viuens supra octoginta.
Hinc TVLLVS Hostilius sus-
cipit Imperium anno (vt Dio-
nysius loquitur) secundo Olym-
piadis vigesimæ septimæ.

TVLLVS Hostilius III. ROM. Rex

Regnat

Regnat an. triginta duos
82 Rex IVDA idem Manasses
sex annis postremis. Inde
AMON annis duobus. Po-
83 steà IOSIAS annis vigin-
ti quatuor ex triginta &
84 vno.
28 Rex MEDORVM idem
Diocles annis quindecim
85 postremis. Hinc PHAOR-
TES annis septemdecim
ex viginti & vno.
86 De Diocle seu Dioce hæc
narrat Herodotus lib. primo. *Cum*, inquit, *rapina sceleraque passim per vicos patrarentur, factum est vt Medi, habito Concilio, Regibus se subijcerent. Itaque Deioces ab omnibus commendatus productusque in medium Rex comprobatur. Ille verò iussit ædificia sibi erigi imperio digna, stipatoresque ad custodiam corporis sui adiungi. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœnia construit ampla simul & valida, ea quæ nunc* ECBATANA *appellantur*. Et quibusdam interpositis: *Deioces autem solam Medicam subegit nationem, eique solus imperauit.* Hęc de Diocle.

De PHAORTE verò sic refert idem Herodotus eodem libro primo: *Hic Persas in potestatem Medorum redegit. Inuasit etiam Assyrios eos qui Ninum incolebant quondam omnium Principes, sed tunc à socijs per defectionem desertos, alioqui per se benè habentes. Sed hac expeditione sup-ta cum pleràque exercitus parte perijt.* Hæc ibi.

Porrò de TVLLO Ho-
87 stilio ista habet Florus lib.
primo cap. 3. *Excipit Pom-*
88 *pilium Numam Tullus Ho-*
29 *stilius, cui in honorem virtu-*
tis regnum vltro datum. Hic,
exercita iuuentute, prouocare
89 *ausus Albanos grauem & diu*
principem populũ. Sed quum
pari robore frequentibus præ-
90 *lijs vtrique comminuerentur,*
misso in compendium bello,
Horatijs Curatijsque terge-
91 *minis hinc atque inde fratri-*
bus vtriusque populi fata
92 *commissa sunt. Anceps &*
30 *pulchra contentio: Tribus*
quippe illinc vulneratis, hinc
93 *duobus occisis, qui supere-*
rat Horatius, addito ad vir-
94 *tutem dolo, vt distraheret*
hostem, simulat fugam, sin-
gulosque prout sequi pote-
95 *rant adortus exuperat. Nec*
diu in fide mansit Alba-
96 *nus. Nam Fidenati bello*
31 *missi in auxilium ex fœde-*
97 *re, medij inter duos expe-*
ctauêre fortunam. Sed Rex
98 *callidus vbi inclinare se*
socios ad hostem videt, tol-
lit animos quasi ipse man-
99 *dasset: spes inde nostris, me-*
tus hostibus. Sic fraus pro-
100 *ditorum irrita fuit. Itaque*
32 *hoste victo, ruptorem fœde-*

ris *Metium Fufetium religa-*
101 *tum inter duos currus pernici-*
bus equis distrahit; Albam-
que ipsam quamuis parentem,
102 *sed æmulam diruit.* Hæc L.
Florus.

Eutropius eadē scribit,&
103 hæc addit: *Hic bella repara-*
uit, Albanos vicit, qui ab Vrbe
Roma duodecimo milliario sūt.
104 *Veientes & Fidenates (quo-*
33 *rum alij sexto milliario absunt*
ab Vrbe Roma, alij octauode-
105 *cimo) bello superauit. Vrbem*
etiam ampliauit adiecto Cælio
monte. Ita Eutropius.

106 *Sub hoc Tullo Olympiade*
vigesima nona, teste Eusebio,
Archilochus & Simonides illu
107 *stres habētur;* ZALEVCVS
etiam Legislator apud Locros.

108 *Olympiade trigesima* BY-
34 ZANTIVM *conditum, &*
Olympiade sequenti PHA-
109 LARIS *apud Agrigentinos*
in Sicilia tyrannidem exercet,
cui PERILLVS *faber bo-*
110 *uem æneum, immane tormen-*
tum excogitauerat. Sed ipse
111 *ante omnes ferventi machi-*
na inclusus est, primusque
112 *suum docuit mugire iuuen-*
35 *cum.*

Perijt Tullus Hostilius
113 domo fulmine succensa, vel
vt plures tradunt, insidijs
Anci Martij successoris

Post huiūc itaque AN-
CVS MARTIVS princi-
patum inijt, anno secundo,
teste Dionysio, trigesimæ
quintæ Olympiadis.

ANCVS MARTIVS VI. ROMAN. Rex.

Regnat an. viginti qua-
tuor.
114 Rex IVDA idem Iosias
annis septem postremis.
Posteà inuadente Nechao
115 Rege Ægypti Iudæam IO-
ACHAZ mensibus tribus.
Sint cum mensibus sequen-
116 tibus & alijs sæpè inæquali-
36 bus annus vnus. Inde frater
eius IOAKIM annis vn-
117 decim. Hinc filius dicti Ioa-
kim LECHONIAS men-
sibus tribus. (*Pater à Chal-*
118 *dæis interfectus est, vt est Ie-*
remiæ 22. capite; filius Iecho-
niæ in Babylonem abductus,
119 *vt patet 4. Regum 24. & Iere-*
miæ 29.) Denique SEDE-
CHIAS, *vt est ibidem*, pa-
120 truus Iechoniæ, constitutus
37 est Rex à Babylonijs. Præ-
fuit is tempore Anci Martij
121 annis quinq; ex vndecim.

Nonnulli in Iechonia (o-
missis annis Sedechiæ) auspi-
cantur septuaginta annos Captiui-
tatis Babylonicæ, de quibus Ierem.
25. & alibi. Sed vide annotata pau-
lo pòst sub Tarquinio Prisco.

Rex MEDORVM idē Phra-
ortes annis quatuor postremis.

Hinc CYAXARES annis viginti ex quadraginta.

De Phaorte dictũ est sub Tullo Hostilio. De CYAXARE verò ita habet HERODOTVS eodem lib. primo: *Collectis omnibus castra mouit ad ciuitatem Ninum, simul & patrem (de quo suprà dictum est) vlturus, & ciuitatem euersurus. Sed commodum hunc obsidentem Ninum adoritur Scytharum numerosus exercitus, in Asiam transgressi, cum Cimmerios ex Europa pellerent.* Et post pauca: *Hic Medi cum Scythis congressi, prælioque fusi Asiæ Imperiũ amiserunt. Porrò Scythæ vniuersa Asia potiti hinc rectà in Ægiptum contendunt. Fortè iam Syriam Palestinam ingressis occurrit Ægipti Rex.* Hæc ibi. *Et mox etiam narrat de templo celeberrimo ibi à Scythis illis spoliato, vt planè innuantur eadem quæ leguntur 4. Regum 23. & deinceps de Nabuchodonosore & Nechao Rege Ægipti, vt Nabuchodonosor sit Rex ille Scytha. Vnde fortè & illud Iosephi lib. 10. cap. 7.* (quidam Nabuchodonosor) *quasi scilicet nouus homo.* Et hæc de Cyaxaris initijs, reliqua paulo pòst.

De ANCO autem Mar-
122 tio sic legitur apud Florum
lib. 1. cap. 4. *Ancus deinde
Martius, nepos ex filia Pom-
123 pilij, pari ingenio. Hic igitur
& mœnia muro amplexus est,
& interfluentem Vrbi Tybe-
rim ponte commisit, Ostiamq;
124 in ipso maris fluminisque con-
38 finio coloniam posuit: iam tum
videlicet præsagiens animo fu-
125 turum, vt totius Mundi opes
& commeatus illo veluti ma-
ritimo Vrbis hospitio reciperẽ-
126 tur.* Ita Florus.

*Eutropius eum his verbis de-
pingit: Contra Latinos dimi-
127 cauit, Auentinum montem ci-
uitati adiecit, & Ianiculũ: A-
pud Ostiam ciuitatem supra
128 mare sexto decimo milliario ab
39 Vrbe Roma cõdidit.* Hęc ille.

Sub hoc Anco THALES
129 *Milesius agnoscitur, qui, teste
Herodoto & Eusebio, vixit
vsq; ad deuictum Crœsum à
130 Cyro, hoc est, vsque ad Olym-
piadẽ quinquagesimã octauã.
131 Et Olympiade quadragesima*
CYAXARES *Rex Medo-
rũ aduersus Assyrios dimicãs,
132 Ninũ ciuitatẽ capit.* Euseb.

40 Herodotus lib. 1 eam rem
plenius sic narrat: *Postquam
133 iam viginti octo annis Asiæ
imperium* SCYTHÆ *obti-
134 nuerũt, omniaq; penè ex negli-
gentia licentiaque depopulata
essent, tandem horum potio-
135 rem partem* CYAXARES
*atque Medi hospitio acceptã
136 inebriatamque interemerunt.
Et sic quidem Medi recupe-
41 rarunt imperium & Ninum
expugnauerunt; Assyriosque ex-
cepta* BABYLONICA *por-*

tione subegerunt. Et post hæc Cyaxares, vbi quadraginta annis vnà cum Scythis imperasset, vita functus est, cuius regnum suscepit Astyages filius. Hæc ibi.

Moritur Ancus Martius
137 quatuor & viginti annos
regno potitus.
Succedit Tarquinius Priscus anno secundo primæ & quadragesimæ Olympiadis. *Dionys.*

TARQVINIVS PRISCVS V. ROM. Rex.

Regnat an. triginta octo.
Rex IVDÆORVM idē
138 Sedechias annis sex postremis. Inde, HIEROSOLYMA succensa, abducti sunt
139 Iudæi vniuersi propter peccata sua in BABYLONEM, vt seruirent ibi an-
140 nis septuaginta, quemad-
42 modum Dominus dudum
illis fuerat cōminatus, do-
141 nec scilicet (*vt est 2. Paralip. 26.*) imperaret ibi Rex Persarum.
142 *Itaq; Annus primus* CAPTIVITATIS BABYLONICÆ *est annus Vrbis cē-*
143 *tesimus quadrages. quartus, vt paulo pòst pluribus confirmabimus.*
144 Apud MEDOS regnat idem Cyaxares annis vi-
43 ginti. Hinc ASTYAGES

145 annis octodecim ex triginta quinque.
De Cyaxare dictum est sub
146 *Anco Martio.* De ASTYAGE verò nihil memorabile est quod referamus prẹter insignem crudelitatem. *Nam primum recens natum puerulum ex Mandane filia & Cambyse Persa, eum qui Cyrus dictus est, iussit necari, territus quibusdam visis seu somnijs, quasi ille eum (quod nihilominus postea accidit) regno esset exturbaturus. Deinde deprehenso, quod Cyrus seruatus esset, etiam filium Harpagi, cui negotium Cyri interficiendi dederat posteà mactauit, patrique epulandum proposuit. Sed hac occasione, vt prolixè narrat Herodotus, ab eodē Cyro, adiuuāte eum Harpago, regno expulsus est.*
De TARQVINIO
147 PRISCO sic habet Florus: *Tarquinius posteà Priscus quamuis transmarinæ origi-*
148 *nis regnum accipit ob indu-*
44 *striam atque elegantiā: quippe qui oriūdus Corintho grecū*
149 *ingeniū Italicis artibus miscuisset. Hic & Senatus maiestatem numero amplianit,*
150 *& centurijs tribus auxit. Neque pace quam bello promptior. Duodecim namque Tus-*
151 *ciæ populos frequentibus armis subegit: & inde Fasces, Trabea, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta, Prætexta:*
inde

152 *inde quod aurato curru qua-*
tuor equis triumphatur: toga
45 *picta, tunicaque palmata; om-*
155 *nia denique decora & insig-*
nia, quibus imperij dignitas
eminet. Hæc Florus.
Eutropius ista scribit: *Nu-*
154 *merum Senatorum duplica-*
uit, Circum Romæ ædifica-
uit, ludos Romanos instituit
155 *qui ad nostram ætatẽ perma-*
nent. Vicit idem etiam
Sabinos: & non parum agro-
156 *rum sublatum iisdem Urbis*
46 *Romæ territorio adiunxit, pri-*
musque TRIVMPANS
157 *Urbem intrauit: muros fecit*
& cloacas, Capitolium incho-
auit. Ita ille.
158 *Porrò quod ad annum primũ*
CAPTIVITATIS *Iudæo-*
rum in BABYLONE *atti-*
159 *net, non eadẽ est omniũ senten-*
tia. Eusebius Olympiade quin
quagesima nona distinguit sep
160 *tuaginta annos Captiuitatis,*
& septuaginta annos Desola-
47 *tionis; & quasi illi sub Cyro,*
161 *hi verò sub Dario cõpleantur.*
Sed Scriptura sacra Ieremiæ
25. & alibi non agnoscit nisi
162 *vnius generis septuaginta an-*
nos, & quidẽ, vt est 2. Paralip.
26. & 1. Esdræ 1. in Cyro &
163 *non alibi cõplendos.*
Hinc & D. Hieron. in ca-
put 25. Ieremiæ ex persona
164 Prophetæ ait; *Nisi septua-*
48 *ginta anni expleti fuerint* CY-
RO *Rege Persarum laxante*
165 *captiuos, nequaquam in pa-*
triã reuertemini, & tunc mea
promissa complebo. En ipsa
166 verba D. Hieronymi, *vt*
nulla alia completio promisso-
rũ sub Dario ponenda sit. Ac
167 *proinde quod idem Hierony-*
mus aliter sentire videtur ini-
tio Comentarij in Aggæum &
168 *Zachariã, aut ab alio additũ*
49 *est, aut certè ipse (salua tanti*
viri reuerentia) sui immemor
169 *vt homo errauit.*
Itaq; quod ibi Zachariæ 1.
dicitur, hũc sensum habet: Do-
170 *mine, vsquequo tu non mise-*
reberis? iste iam septuagesi-
mus annus est? Ac iudicat, *Iste-*
171 *ne est septuagesimus annus*
tamdiu expectatus, imo & iã
diu prælerlapsus, & nondum
172 *tamen plenè misereris?*
Confer simul quæ sunt infrà
50 *notata ad Annum Vrbis du-*
173 *centesimum nonagesimum, qui*
est Artaxerxis Longimani
174 *secundus.*

Interficitur Tarquinius
175 Priscus octogenarius dolo
filiorum Anci Martij. Suc-
cedit in regnũ SERVIVS
Tullius anno quarto O-
lympiadis quinquagesimæ.

SERVIVS TVLLIVS VI. ROM. Rex.

176 Regnat an. quadraginta
51

 qua-

quatuor
177 Durat IVDÆORVM
captiuitas in Babylone.
Apud MEDOS regnat
178 idem Astyages adhuc annis
septemdecim. Inde per CY-
RVM transfertur Imperiũ
179 ad PERSAS, de quo mox
latiùs.
De Seruio Tullio sic Flo-
180 rus lib. 1. cap. 6. *Seruius Tul-*
52 *lius deinceps gubernacula Vr-*
bis inuadit; nec obscuritas in-
181 *hibuit quamuis matre serua*
creatum. Nam ob eximiam
indolem vxor Tarquinij Ta-
182 *naquil liberaliter educauerat.*
Ergo inter Tarquinij mor-
tem adnitente Regina, sub-
183 *stitutus in locum Regis qua-*
si ad tempus, regnum dolo
partum sic egit industria vt
184 *iure adeptus videretur. Ab*
53 *hoc populus Romanus relatus*
est in censum. Hæc de Ser-
185 uio ex L. Floro.
Anno primo quinquagesi-
ma quinta Olympiadis (vt
186 *etiam Eusebius annotat) sci-*
licet anno illo Olympico exe-
unte translatum est Imperium
187 *à* MEDIS *ad* PERSAS
per CYRVM, *cum Medi*
maiorem partem Monarchiæ
188 *Orientis obtinuissent annis du-*
centis & sexaginta.
54 *Huius* CYRI *eadem fe-*
189 *rè sunt initia quæ Romuli*
& Remi, vt in Astyage
narrare cœpimus. Nempe
Astyagis Regis Medorum ex
190 *filia nepos ab eo interfici*
iussus, & industria Harpagi
seruatus, concitatis Persis
(Nam Pater Cambyses Per-
191 *sa erat) tandem Olympiadis*
quinquagesima quinta anno
primo exeunte, hoc est sub
initium Anni Vrbis centesim.
192 *nonages. tertij contra eundem*
55 *Astyagem arma sumpsit, &*
Imperium ad PERSAS
transtulit.

CYRVS primus PERSARVM *Monarcha.*

Regnat annos triginta.
193 *Ante Babylonem captam*
annos viginti & vnum, reli-
quos nouem postea, vt pau-
lo pòst latiùs declarabitur.
194 Annus eius primus est
Vrbis centesimus nonage-
simus tertius.
Eusebius in Chronico no-
195 *tat hac Olympiade quinqua-*
gesima quinta laxatam à Cy-
ro captiuitatem Iudæorum
in Babylone. Sed fefellit e-
196 um quod 1. Esdræ 1. & ali-
56 bi dicitur id factum pri-
mo anno Cyri. *Nam lo-*
quitur ibi Scriptura de anno
197 *eius primo post expugna-*
tam Babylonem, vbi age-
bant Iudei & Esdras qui ista
scripsit. Porrò non ante su-
198 *peratum à Cyro* CROE-

SVM *Regem Lydorum* (qui
199 demum anno secundo
quinquages. octauæ O-
lympiadis, *etiam ipso Eu-*
sebio teste, victus est) *à Cy-*
200 *ro* BABYLONEM *tenta-*
57 *tam fuisse & subactam, atque*
adeò non nisi proximè ante
201 *Scythicam expeditionem, in*
qua idem Cyrus periit, ex
Herodoto libro primo luce
meridiana clarius est.

202 *Itaque*, vt iam dicere cœ-
pimus, *anno secundo Olym-*
piadis quinquagesimæ octa-
uæ CROESVS *à Cyro cap-*
203 *tus est, & Lydorum regnum*
destructum, cum stetisset, in-
quit Eusebius, *annis* 230.

Hic CROESVS à Cyro
204 pyræ impositus, frequenter
58 inclamabat illud; Solon,
Solon. *Putà prædixerat ei*
Solon neminem ante finem
205 *vitæ dicendum esse beatum.*
Quare Cyrus memor condi-
tionis humanæ ipsi vitam con-
donauit, semperque deinde,
206 teste Herodoto, *apud se be-*
nignissimè habuit, vt minus
mirum sit, si idem Cyrus in
Iudæos innoxios tam fuerit
207 *munificus & liberalis.*

Circiter hęc tēpora DA-
RIVS Rex Babyloniorū,
pater eius, quem Cyrus paulò
208 *post regno Babylonico expu-*
lit, sepulchrum Semirami-
59 dis aperuit, sperans se ma-
gnum ibi reperturum the-
209 saurum. *Herodotus eodem*
lib. primo.

Atque hic est Darius, cu-
ius anno primo Daniel capite
210 *nono intelligit proximè insta-*
re finem septuaginta annorum
desolationis.

Plures innixi traditioni cui-
211 *dam ex Iosepho libro 10. An-*
tiq. cap. 12. dicunt Darium
istum fuisse filium Astyagis,
& auunculum Cyri. Sed ex
212 *Herodoto lib. 1. in oratione*
60 *Harpagi de non interficiendo*
Cyro infante, constat Astya-
gam iamtum fuisse omni virili pro-
le orbum. Neque obstat Darium
illum apud Danielem vocari Me-
dum. Nam idem Herodotus nar-
rat etiam à Cyaxare patre Astya-
gis Medo subiugatos esse Assyrios
exceptis Babylonijs, vt iam incre-
dibile non sit Darium istum quem-
cunque Principem Medum simili-
ter occasione oblata, interfecto Bal-
thasare, arripuisse regnum Babylo-
niorum.

Tandem CYRVS anno
213 regni sui vigesimo primo,
qui est Vrbis conditæ ducen-
tesimus decimus tertius BA-
214 BYLONEM vi expugnat,
& paulò post copiam facit
215 IVDÆIS in patriam re-
deundi.

Atque hic Annus Vrbis du-
216 *centes. decimus tertius* est An-
61

nus

nus SEPTVAGESIMVS
217 de quo secũdi Paralipom. cap. vigef. sexto, *donec scilicet in Babylone imperaret Rex*
218 *Persarum.*

Seruius Tullius Rex Ro-
219 manorum interficitur annos regnans, *vt dictum est*, quatuor & quadraginta.

Suscipit inde Principatũ non ex legibus, *inquit Dionysius*, sed armis, anno quarto sexages. primæ Olympiadis

TARQVINIVS SVPERBVS *septimus & vltimus* ROM. *Rex.*

Regnat an. viginti quin-
220 que. De hoc Tarquinio
62 ista scribit Eutropius: *Volscos (quæ gens ad Campaniam*
221 *euntibus non longè ab Vrbe est) vicit: Gabios ciuitatem & Suessam Pometiam subegit, cũ Tuscis pacem fecit. Posteà Ardeam oppugnans, cum filius eius* LVCRETIAM *stuprasset, ipsaque de iniuria marito & patri & amicis questa in omnium conspectu se occidisset, portis exclusus est.* Hæc ille.

TOMYRIS Regina Mas-
222 sagetarum Cyrum prælio superatum interfecit. *Eusebius, ex Herodoto.*

CAMBYSES *Cyri filius II.* PERSARVM *Rex.*

Regnat annos septem & menses aliquot.
223 *Multa de hoc narrat Herodotus & alij, barbara & crudelia, vt quod proprium fratrem trucidari iusserit, &*
224 *puerum per iocum ebrius sa-*
63 *gitta transfixerit, aliaq; eiusmodi. Sed illud non inutile quod sequitur. Sisanni iniquo*
225 *Iudici pellem detrahi, eaque tribunal vestitum filium eius sedere iussit; Ægiptum etiam quinto anno regni sui obtinuit,*
226 *quæ deinde Persarum fuit* (teste Eusebio) *vsque ad Darium filium Xerxis annis centum & quinquaginta, Da-*
227 *rium scilicet Nothum.*

Intereà IVDÆI reuersi in patriam sub suis Ducibus & Sacerdotibus age-
228 bant, paruo tamẽ successu.
64 *Nam vt est* 1. *Esdræ* 4. *Edictum Cyri de readificanda Hierusalem vicini pertinaci-*
229 *ter impedierunt vsque ad annum secundũ Darij, putà Artaxerxis Longimani, vt posteà ad Annum Vrbis ducentesimum nonagesimum confirmabimus.*

DVX primus post captiuitatem fuit ZOROBABEL. Summus Sacerdos, IESVS, & post eos alij. *Sed quia de annis eorum*

parum

parum certi habetur, nomina etiam hîc omittimus. Qui volet, legat ea 2. Esdræ 12. & apud Iosephum lib. 11. antiq. c. 7.

Circiter Olympiadem sexagesimam quartam sub Tarquinio Superbo (teste Eusebio ex Gellio lib. 9.) PYTHAGORAS *Samius in Italiam venit. Hunc discipuli tanti faciebant, vt quinquennio in continuo silentio discerent, deinde illam solam dictorum suorũ rationem redderent, ἄυτος ἔφα, Ipse dixit.* Laërtius & alij.

CAMBYSES Rex Per-
230 sarum gladio casu è vagina lapso, in femore saucius moritur.

MAGI *duo fratres Regnum* PERSARVM *inuadunt &* tumultuantur mensibus septẽ & ampliùs, *vt latiùs narrant Herodotus & Iustinus.*

Hinc & Eusebius (quem hîc sequimur) integrum an-
231 *num illis assignat, etiamsi aliter videatur; vitio scilicet Typographi, qui bis annum secundum Darij notauit.*

Horum Magorum alter SMERDES *nomine simulauit se Smerdem fratrem Cambysis, quem ille necari curauerat. Sed tandem fraude detecta, à septem primoribus Persarum, quorum vnus fuit Darius Hystaspis, occisi sunt.*

DARIVS HYSTASPIS III. PERSARVM Rex.

Regnat an. triginta sex.
232 *Ridiculum est huius regni*
65 *auspicium; vt quod inter septem vindicatores Magorum,*
233 *ipse, hinnitu equi astu procurato, regnum obtinuerit, sed alioqui vir fuit magnanimus.*
234 *Scythis bellum intulit, quamuis parum feliciter. Macedones per Satrapam suum*
235 *Mardonium deuicit; Græcis deinde per alium Satrapam Datim nomine bellum mouit.*
236 *Sed is Marathonio prælio*
66 *casus est.*

Plures existimarunt hunc
237 *esse Darium, de quo primo Esdræ quarto cap. & Aggæi & Zachariæ primo. Sed vi-*
238 *de infrà annotata ad Annũ Vrbis ducentesimum nonagesimum. Hîc etiam memine-*
239 *ris Darium Hystaspis auarum magis fuisse quam munificum, ita quod ob molestio-*
240 *rem colligendæ pecuniæ ratio-*
67 *nem,* teste Herodoto, *vocatus sit,* κάπηλος *quasi cau-*
241 *ponariam exercens.*

Sed iam ad Tarquinium Superbum Regem Romano-
242 *rum redeamus. Hic seu filius Prisci,* vt Gellius vult, *seu potius eius nepos,* vt Dio-
243 nysio placet, *primus quoque excogitauit vincula taurea, fustes, latomias, carceres, compedes, catenas & exilia,*

Excluditur TARQVINIVS Vrbe ob illatū
244 LVCRETIÆ à filio eius stu-
68 prum, cum quintum & vigesimum regnasset annum.

REGIVSQVE Dominatus (*vt verbis Dionysij vtar*) durans annos ducentos & quadraginta quatuor, sic est dissolutus Olympiade octaua & sexagesima.

Pergit idem Auctor.

PRIMI CONSVLES mensibus quatuor ad annum illum deficientibus.

L. Iunius Brutus
L. Tarquinius Collatinus

En ipsa verba Dionysij.

Porrò Consules pro Regibus creati sunt, vt Florus interpretatur, *quò consulere se ciuibus suis debere meminissent. Et*, vt Eutropius addit, *duo Consules pro vno Rege, vt si vnus malus esse voluisset, alter habens similem potestatem eũ coërceret. Quin & placuit, ne Imperium longius quam annum haberent, ne per diuturnitatem temporis insolentiores redderentur.* Hæc illi.

Itaque sequuntur Consules per annos singulos.

P. Valerius Poplicola II.
245 T. Lucretius Tricipitinus.

Nec mireris, benigne Lector, Poplicolam secundo Consulem notari, etsi præcedenti anno positus non fuerit. Fuit etiam tunc Consul, sed suffectus in locum Tarquinij Collatini, vt Dionysius & alij testantur, quod & aliàs non rarò obseruandum erit.

P. Valerius Poplicola III.
246 M. Horatius Puluillus II.

Hoc anno Porsena Etruscorum Rex Tarquinios manu reducens, strategematibus HORATII *Coclitis, Virginis* CLOELIÆ, *&* MVCII SCÆVOLÆ *perculsus (de quibus prolixè Liuius, Dionysius & alij) neglectis Tarquinijs, pacem cum Romanis fecit.*

Sp. Lartius Flauus
247 T. Herminius Aquilinus

M. Valerius
69 248 P. Postumius Tubertus II.

P. Valerius Poplicola IV.
249 T. Lucretius Tricipitinus II.

P. Postumius Tubertus II.
250 Agrippa Menenius Lanatus

Opiter Virginius Tricostus
251 Sp. Cassius Viscellinus

Postum⁹ Comini⁹ Auronc⁹
70 252 T. Lartius Flauus

Ser. Sulpitius Camerinus
253 M. Tullius Longus.

Hoc anno, qui est nonus post exactos Reges, primus DICTATOR *creatus est* (dicebat ille ius,

seclusa

clusa omni prouocatione) T. LARTIVS, & *Magister equitum Sp. Cassius, seditionis sedandæ causa, dum plebs ære alieno demersa tumultuatur, & ad bellum Latinum nomina dare recusat.*

254 T. Æbutius Helua
P. Vetusius Geminus

255 T. Lartius Flauus II.
Q. Clœlius Siculus

71 256 A. Sempronius Atratinus
M. Minucius Augurinus

257 A. Postumi' Alb' Regillēsis
T. Virginius Tricostus

* Appius 258 M. * Claudius Sabinus
P. Seruilius Priscus

259 A. Virginius Celimontanus
T. Veturius Geminus

260 Postum' Comini' Aurūc' II.
Sp. Cassius Viscellinus II.

72 *Hoc anno decimo sexto post exactos Reges*, vt ait Cicero pro Cornel. *prima secessio plebis accidit in sacrum mōtem. Finita est autem anno sequenti* TRIBVNIS *suis plebi cōcessis qui eā defenderēt.*

261 T. Geganius Macerinus
P. Minucius Augurinus

262 M. Minucius Augurinus II.
A. Sempronius Atratin' II.

263 Q. Sulpiti' Camerin' Corn.
Sp. Lartius Flauus II.

264 C. Iulius Iulus
P. Pinarius Mamercinus

73 265 Sp. Nautius Rutilus
Sex. Furius Fusus

266 C. Aquillius Tuscus
T. Ticinius Sabinus

267 Proculus Virgini' Tricost'
Sp. Cassius Viscellinus III.

Moritur Darius Hystaspis Rex Persarum.

XERXES IV. PERSARVM *Monarcha*

Regnat an. viginti vnum. *Filius fuit Darij ex Atossa filia Cyri.*

268 Coss. Q. Fabius Vibulanus
Ser. Cornel. Maluginensis

74 De hoc Xerxe sic Herodotus libro septimo: *Altero à morte Darij anno primam expeditionē fecit aduersus Ægiptios, eosq́; subegit.* Ac deinde, post varia somnia & cōsilia, num inuadēda esset Grçcia, hæc subdit: *Siquidem à debellata Ægipto per totū quadrienniū comparauit exercitū, atq; eius apparatū quinto anno ineūte mouit.* Hęc ibi.

Scilicet altero, id est, proximo anno à morte patris mox Ægiptū subegit, & statim deinde illo ipso anno exercitum in Græcos parauit. Nam ita etiam necessario exigunt

auctoritates tum Dionysij ad Annum Vrbis ducentesimum septuages. secundum, tum Diodori ad Annum ducentes. octuagesimum octauum posita.

Septingenta millia de regno suo armata, & trecenta millia de auxilijs (vt refert Iustinus lib. 2.) *in Græcos duxit, sed nec sic tamen eos superare potuit. Tunc virtus* LEONIDIS *Regis Spartanorum, &* THEMISTOCLIS *Ducis Atheniensium enituit. Ferunt etiam mare tempestate commotum verberatum ab eo esse, flumina quoque ab eius exercitu bibendo exhausta; Similiter in eius exercitu equam leporem enixam, quo ignobilis eius fuga seu reditus in Persidem significabatur.* Lege Herod. & alios.

269 R. Fabius Vibulanus
L. Æmilius Mamercus

270 M. Fabius Vibulanus
L. Valeri' Potit' Volusus

271 Q. Fabius Vibulanus II.
C. Iulius Iulus

272 R. Fabius Vibulanus II.
Sp. Furius Fusus

75 *Hoc anno Xerxes mouet in Græcos*, de quo sic Dionysius Halicarnassæus libro nono in initio: *Contendentes inter se Senatus & plebs, postremo alteri alteris persuasere, Consules ex vtraque parte eligi. Designatique sunt Cæso Fabius iterum à Senatu, & Sp. Furius à plebeijs, quinta & septuagesima Olympiade, Principe Athenis Calliade, quo tempore exercitum in Græciam* XERXES *duxit.* Hæc Dionysius. *Et eodem modo Diodorus libro vndecimo, nisi quod vitiose alios Consules nominet de quo mox ad Annum Vrbis ducentesimum octuages. octauum.*

273 M. Fabius Vibulanus II.
Cn. Manlius Cincinnatus

274 R. Fabius Vibulamus III.
T. Virgini' Tricost' Rutil'

Hoc anno cæsi sunt apud Cremeram trecenti & sex FABII *patritius exercitus.*

275 L. Aimilius Mamercus II.
C. Seruili' Structus Ahala

76 276 C. Horatius Puluillus
T. Menenius Lanatus

277 A. Virginius Rutilus
Sp. Seruilius Structus

278 C. Nautius Rutilus
P. Valerius Poplicola

279 L. Furius Medullinus
A. Manlius Vulso

77 280 L. Aimilius Mamercus III.
Vopiscus Iulius Iulus

L. Pi-

281 L. Pinarius Mamercinus
P. Furius Fusus

282 App. Claudius Sabinus
T. Quinctus Capitolinus

283 L. Valerius Potitus II.
T. Aimilius Mamercinus

SOPHOCLES & EVRIPIDES *clari habentur, &* HERODOTVS *historiarum Scriptor agnoscitur.* Eusebius. *Vide etiam infra ad Olympiadem octuagesimā quartam.*

284 T. Numicius Priscus
A Virginius Celimōtanus

78

285 T. Quincti' Capitolin' II.
Q. Seruilius Priscus

286 T. Aimilius Mamercin' II.
Q. Fabius Vibulanus

287 Q. Seruilius Priscus II.
Sp. Postumi' Alb' regillēsis
SOCRATES *nascitur.* Euseb.

288 T. Quincti' Capitolin' III.
Q. Fabius Vibulanus II.

79 *Moritur Xerxes Rex Persarum.* De quo sic Diodorus libro vndecimo post medium, cum narrasset quomodo ab Artabano Præfecto sit trucidatus: *Hoc itaque* (inquit) *Xerxes fato absumptus traditur, cum Persis regnasset annos supra viginti. Suscepto autem Artaxerxes regno annos quadraginta regnat. Olympias tum agebatur nona & septuagesima.* Hæc ibi.

Nempe erat annus illius Olympiadis primus, qui incipiebat in Iunio his Coss. & finiebatur in Iunio anni Romani sequentis, de quo pluribus egimus in Præfatione & alibi. Habet quidem Diodorus alios Consules, sed vt omnes eruditi norunt, vsus est Fastis Consularibus corruptis, in Olympiadibus alioqui satis exactus.

ARTAXERXES *Xerxis filius, dictus* LONGIMANVS *V. PERSARVM Rex.*

Regnat an. quadraginta.
289 *Coss.* A Postumi' Regillēsis
C. Furius Medullin' Fusus

Artaxerxes hic mitis admodū & clemens fuit, vt in vita Artaxerxis Memnonis in principio testatur Plutarchus, adeò vt quæ Regum auctoritatem alioqui tueri videbantur, leges aliquas rigidiores sustulerit, vt mirum non sit, si hunc dicimus esse Darium illum primi Esdræ quarto, qui renouauit Edictum Cyri pro Iudæis. Sed de hoc plura anno sequenti.

290 P. Seruilius Priscus
L. Æbutius Helua

Hic est Annus secundus DARII, *de quo 1. Esdræ 4. item Ag-*

gai & Zachariæ 1. Post quem sequuntur deinde Septuaginta HEBDOMADÆ, de quibus D. Hieronymus prolixissimè in caput nonum Danielis, *hoc est*, simul quadringenti nonaginta anni, *hebdomada pro septem annis iuxta illud Leuitici viges. quinto, cōputata*; quando post sexaginta nouē hebdomadas, *vt ibi apud Danielē prædicitur*, obseruandū erit quod occidetur CHRISTVS, & hostia veteris legis deficiet.

Atque adeò annus vltimus septuagesimæ hebdomadæ est Christi vigesimus nonus, hoc est Vrbis septingesimus octuagesimus, & mediū hebdomadæ deinde in quo deficiat hostia vetus consummata per Crucem Christi, anni tres reliqui & medius qui sequuntur. Et nihilominus breuiati sūt dies (vt ex Matth. 25. videtur explicandum) *scilicet eo quod ad tam breue tempus constitutus sit aduentus Messiæ, & nō in plura secula dilatus.*

Veteres, vt ibidem apud D. Hieronymum perspicere licet, *variè hæc tractarunt, sed omnes excepto Iulio Africano, eo modo, vt non magis hinc conuinci possit* IESVM NAZARENVM *esse Christum Messiam, quam D. Iacobum Apostolum fratrem Domini qui & ipse paulo post à Iudæis occisus est.*

Neoterici, quos quidem vidi, vt ipsa hebdomada septuagesima ostenderent Christum occisum, sic in annis Regum Persarum & Græcorum luserunt, quasi à nemine res gestæ ipsorum per Olympiades essent annotatæ, frustraq; in his laborassent Diodorus Siculus Polybius & similes, quorum verba propterea suis locis non rarò annotauimus. Fateor, & ego multis annis, implicitus obscuritate Prophetiæ Danielis, non vidi quomodo possit simul & Scripturæ diuinæ & Auctoribus iam dictis satisfieri, sed tandem Dei beneficio, vt spero, sensi supputationem hanc vtrique parti conuenire. Cui & adstipulatur, proximè APHRICANVS *vetustissimus Scriptor apud D. Hieronymum in iam dictū caput nonum Danielis. Nempe ille à vigesimo anno Artaxerxis huius vsque ad Christum occisum cōputat annos quadringentos septuaginta quinque; nos post annū eiusdem Artaxerxis secundum annos quadringentos nonaginta tres & mediū; quod proximè eodem recidit.*

Neque mirum, si Artaxerxes iste in sacris literis vocetur etiam Darius. Nam & apud Latinos cōfusa nomina sunt Cæsar & Augustus; & cum primi Esdræ sexto capite positus fuit sextus annus Darij, mox capite sequenti annus septimus Artaxerxis subiungitur velut eiusdem Regis, vt sensus sit; iubente Dario & Artaxerxe; *id est, Dario qui & Artaxerxes. Et de Dario Hystaspi nulla ratione inteligi hæc possūt. Nā cōmemorat Scriptura Edictū Cyri à duobus Regibus impeditū. Iam verò inter Cyrum &*

Dariū Hystaspē vnus propriè Rex Cābyses, medius fuit. Accedit quod Darius ille 1. Esdrę 6. inquiri iubet de Edicto Cyri tāquā de re lōgè ante gesta: inter Cyrū autē post deuictā Babylonē & secundū annū Darij Hystaspis tātū sunt anni viginti.

Et hac quidē pluribus, sed in quæstione tam difficili, & quæ tot ingenia exercuit nō potuimus esse breuiores.

HEBDOM. *Danielis I.*

T. Lucretius Tricipitinus
291 Sp. Veturius Crassus.

P. Volumni' Amintin' Gall'
292 Ser. Sulpitius Camerinus

80

P. Valerius Poplicola II.
293 C. Claudius Sabinus

Qu. Fabius Vibulanus III.
294 L. Cornelius Maluginensis

L Minutius Augurinus
295 C. Nautius Rutilius II.

C. Oratius Puluillus II.
81 296 Q. Minutius Augurinus

M. Valerius Maximus
297 Sp. Virginius Celimontan'

HEBDOM. *Danielis II.*

Tit. Romulius Vaticanus
298 C. Veturius Cicurinus

Sp. Tarpeius Capitolinus
299 A. Aterius Fontinalis

P. Tergemius Curiatius
300 Sex. Quinctius Varus

82

T. Menenius Lanatus
301 P. Sextius Capitolinus

App. Claudius Crassinus
302 T. Genutius Augurinus

Hoc anno Vrbis trecentesimo secūdo DECEMVIRI *creati sunt Consulari potestate, sine prouocatione, causa Iuris cōscribēdi ex patrijs moribus, peregrinisque legibus.*

DECEMVIRI, App.
303 Claudius II. L. Minutius Augurinus, M. Cornelius Maluginensis, M Sergius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Pætilius, T. Antonius Merenda, Cæso Duillius; Sp. Oppius Cornicē II. M. Rabuleius II. abdicârunt.

304 *Allatis à Græcia legibus, vt Florus loquitur, ordinataq́ue in duodecim* TABVLIS *tota*
83 *Iustitia,* DECEMVIRI *tamen traditos fasces regio quodam furore retinēt, donec tandē ob Appij Claudij Decemuiri libidinem in Virginem ingenuam, plebe tumultuante nondum anno illo finito iterū electi sunt Consules hi.*

M. Horatius Barbatus, &
L. Valerius Politus.

HEBDOM. *Danielis III.*

L. Herminius Exquilinus
305 T. Virgin. Celimōt. Tricost.

M. Geganius Macerinus
306 Plaud. Iulius Iulus Caius

Agrippa

Agrippa Furius Fusus
307 T. Quinct' Capitolin' IIII.

M. Genutius Augurinus
308 C. Curtius Medullin' Fusus

84 HERODOTVS *Athenis libros suos cum in Concilio legisset, honoratus est.* Auctor Euseb.

Iterum mutatur Status Reipub. *& pro Coss.* TRIBVNI MILITVM *Consulari potestate eliguntur numero tres : L. Attilius Longus T. Clœlius Siculus, & A. Sempronius Atratinus.*

309 *Sed hi ante anni finē Magistratum deponentes, locum denuo Coss. fecerunt, vt post quartum ferè mensem eligerētur sequentes Coss:*

L. Papius Mugillanus
L. Sempronius Atratinus

M. Geganius Macerinus II.
310 T. Quinctius Capitolin' V.

M. Fabius Vibulanus
311 P. Æbuti' Helua Cornicēsis

HEBDOM. *Danielis. IV.*
C. Furius Pacillus
85 312 M. Papyrius Crassus

Proculus Gegani' Macerin'
313 L. Menenius Lanatus II.

T. Quincti' Capitolin' VI.
314 Agrippa Menenius Lanatus

M. Æmilius Mamercinus
315 L. Quinctius Cincinnatus
L. Iulius iulus TRIB. MIL.

M. Gegani' Mamercin' III.
316 L. Sergius Fidenas *in hoc*
86 *honore appellatus.*

HIPPOCRATES *Medicus & SOCRATES Philosophus clari habentur.*

M. Cornelius Maluginēsis
317 L. Papyrius Crassus

C. Iulius Iulus II.
318 L. Virginius Tricostus

HEBDOM. *Danielis V.*
C. Iulius Iulus III.
319 L. Virginius Tricostus II.

M. Fabius Vibulanus
320 M. Fossius Flaccinator
87 *L. Sergius Fidenas* TRIB. MIL.

INITIVM *grauissimi belli intestini Græcorum, quod vocatur* PELOPONNESIACVM, *inter Athenas, Spartam, Corynthum, & Corcyram Peloponesi ciuitates. Durauit hoc bellū,* vt Zenophon scribit, *annos viginti octo, modo his, modo illis victoribus. Tandē anno belli vigesimo sexto* ATHENIENSIVM *muri magno triumpho ad cantū tibiæ à Spartanis seu Lacedæmonijs deiecti sunt. Atheniēsibus huc illucque dilabentibus, constituti sunt ab ijsdem Spartanis* TRIGINTA TYRANNI,

qui

qui Athenis præsiderent. Qui dũ seditiosos punituri sunt, etiam viros bonos grauiter opprimunt. Demum THRASYBVLVS *vnus exulũ, clanculario simul Thebanorum subsidio adiutus Tyrannos pellit &* ATHENAS *restituit, magno prudentia moderamine, vt tandem finis esset turbarum,* ἀμνηςία, *hoc est, præteritarum iniuriarum plena obliuione solemniter sancita. Scribunt Xenophon, Diodorus & alij & inprimis* THVCYDIDES, *qui hæc coram velut spectauit.*

L. Pinarius Mamercinus
321 L. Furius Medullinus
Sp. Postumiꝰ Albus TRIB. MIL.

T. Quinctius Pennus Cincinnatus
322 C. Iulius Mento

L. Papyrius Crassus II.
323 L. Iulius Iulus

L. Sergius Fidenas II.
88 324 Hostꝰ Lucretiꝰ Tricipitinꝰ

T. Quinctius Pennus Cincinnatus II.
325 A. Cornelius Cossus

HEBDOM. *Danielis VI.*
C. Seruiliꝰ Axilla Structus
326 L. Papyrius Mugillanus II.

A. Cornelius Cossus
327 L. Quinctius Pennus Cincinnatus
C. Furius Pacillus, M. Postumius TRIB. MIL.
PLATO *nascitur* Euseb.

Moritur Artaxerxes Lõgimanus
Coss. A Sẽpronius Atratinꝰ
89 328 L. Furius Medullinus
L. Quinctius Cincinnatus II.
L. Oratius Barbatus TRIB. MIL.

TVMVLTVATVR apud Persas Xerxes mẽsibus duobus; deinde Ogdianus mensibus septem. *Euseb.*

Diodorus lib. duodecimo sic habet: *In Asia* XERXES *Rex cum annum regnasset, mortem obijt. Nonnulli tamen Scriptores tradunt duobus non amplius mensibus in regno vixisse: cui succedens in regno germanus eius* OGDIANVS *septem mensibus imperauit. Hunc cum Darius interemisset, ipse regno adito rexit annos decem & nouem. Variant inter se Scripres.* Hęc Diodorus *ad finem anni primi Olympiadis octuagesimæ nonæ.*

DARIVS NOTHVS VI. PERSARVM Rex.

Regnat annos nouẽdecim.
Non fuit filius Longimani, sed tamen sororẽ eius habuit coniugem.
Coss. Ap. Claudius Crassus
329 L. Sergius Fidenâs
Sp. Nautius Rutilus, Sex. Iulius Iulus, TRIB. MIL.

Olymp. | An. Vrbis

C.Sempronius Atratinus
330 Q.Fabius Vibulanus

L.Manlius Capitolinus
331 L.Papyrius Mugillanus
Q.Antonius Merenda, L. Seruilius Structus TRIB. MIL.

N.Fabius Vibulanus
90 332 T.Quinctius Capitolinus Barbatus.

HEBDOM. *Danielis VII.*
T.Quincti⁹ Cincinnat⁹ II.
333 L.Furius Medullinus III.
M.Manli⁹ Capitolinus, A.Sempronius Atratin⁹ II.TRIB.MIL.

Agrippa Menenius Lanatus
334 Sp.Nautius Rutilus II.
P.Lucretius Tricipitinus, C. Seruilius Axilla; TRIB. MIL.

L.Sergius Fidenas II.
335 C.Seruilius Axilla II.
M. Papyrius Mugillanus TRIB. MIL.

L.Seruilius Structus II.
336 P.Lucretius Tricipitin⁹ II.
91 *Agrippa Menen⁹ Lanat⁹* II.*Sp. Veturius Crassus* TRIB. MIL.

A.Sempronius Atratin⁹ III.
337 M.Papyrius Mugillan⁹ II.
Sp.Nautius Rutilus II. TRIB. MIL.

P.Cornelius Cossus
338 T.Quinctius Cincinnatus

Olymp. | An. Vrbis

C.Valerius Potitus, C. Martius Rutilus, N. Fabius Vibulanus TRIB. MIL.
ÆGIPTVS *à Persis recedit.* Euseb.

Q.Fabius Vibulanus II.
339 L.Valerius Potitus
Cn.Cornelius Cossus, P. Postumius Regillensis TRIB. MIL.

HEBDOM. *Danielis VIII.*
L Furius Medullinus
92 340 M.Cornelius Cossus

Q.Fabius Ambustus
341 C.Furius Pacillus

M.Papyrius Mugillanus
342 C.Nautius Rutilus

M.Aimilius Mamercinus
343 C.Valerius Potit⁹ Volusus

Cn.Cornelius Cossus
344 L.Furius Medullinus

---

93 C.Iulius Iulus
345 P.Cornelius Cossus
C.Seruilius Ahala TRIB. MIL.

C.Valerius Potitus II.
346 C.Seruilius Ahala II.
L Furius Medullinus II.*N.Fabius Vibulanus* II. TRIB.MIL.

HEBDOM. *Danielis IX.*
P.Cornelius Cossus
347 L.Valerius Potitus II.

Cn.

Cn. Cornelius Cossus, N. Fabius Ambustus TRIB. MIL.
Moritur Darius Nothus Rex Persarum.

ARTAXERXES MEMNON VII. PERSARVM Rex.
Regnat ann. quadraginta
Coss. C.Iulius Iulus II.
348 M.Aimilius Mamercin'
94 *T. Quinctius Capitolinus, Q. Quinctius Cincinnatus, M. Manlius Vulso, L. Furius Medullinus* II. TRIB. MIL.

ARTAXERXES *hic*, ait Plutarchus in eius vita, *natura fuit leni atque benigna, nec cupiditatibus admodum obnoxia, atque adeò fratrem suum* CYRVM, *qui Ioniæ principatum obtinebat insidias sibi struentem primum in gratiam recepit, sed posteà iterum contra eum molientem meritò occidit. Refert idem, Statyram vxorem ab eo malè tractatam, trecentas quoque & sexaginta concubinas seu vxores secundarias habuisse: ad hæc coniurationem in eius caput factam, à quodam Eunucho fuisse detectam, quæ in* ASSVERVM *maritum* ESTHER *non omninò malè conueniunt.*

Itaque Eusebius quoque hoc loco: Sub hoc Rege, *inquit*, videtur historia ESTHER cōrigisse. *Simul & reprehendit eos qui putāt sub Artaxerxe ædificatore templi eam collocandam. Adde etiam quod Mardochæus secundi Esdræ septimo capite ponitur post Nehemiam.*

P.Cornelius Maluginensis
349 C.Valerius Potitus III.
M. Sergius Fidenas, Cn. Cornelius Cossus II. *K. Fabius Ambustus* II. *Sp. Nautius Rutilus* III. TRIB. MIL.

M.Aimilius Mamercinus
350 M.Furius Fusus
L. Valerius Potitus III. *App. alias P. Claudius Crassinus, M. Quinctilius Varus, L. Iulius Iulus* TRIB. MIL.

C.Seruilius Ahala III.
351 Q.Sulpitius Cornutus
Q. Seruilius Fidenas, L. Virgini' Tricostus, A. Manlius II. *M. Sergius Fidenas* II. TRIB. MIL.

M.Furius Camillus II.
352 L.Iulius Iulus
95 *L. Valerius Potitus* IV. *M. Aimilius Mamercinus* III. *Cn. Cornelius Cossus* II. *K. Fabius Ambustus* II. TRIB. MIL.
CYRI *Regis ascensus, de quo scribit Zenophon, idemque* XENOPHOH & CTOESIAS *clari habentur.* Eusebius.

L.Publilius Volscus
353 P.Mælius Capitolinus
L. Titinius, P. Manius, Sp. Furius Medullinus, P. Li-

cinius Caluus primus ex PLEBE TRIB. MIL.

HEBDOM. *Danielis X.*

M.Pomponius
354 L.Attilius Longus
C.Duillius, N.Veturius, P.Volero, Publilius Philo, Cn. Genutius Augurinus TRIB. MIL.

SOCRATES *venenum bibit. Et* DIOGENES *Cynicus agnoscitur. Euseb.*

L.Valerius Potitus V.
355 L.Furius Medullinus III.
M. Valerius Maximus, M. Furius Camillus II. Q. Seruilius Fidenas II. Q. Sulpitius Camerinus II. TRIB. MIL.

L.Iulius Iulus II.
356 L.Sergius Fidenas
96 *L.Furius Medullinus IV. A. Postumius Regillensis, P.Cornelius Maluginensis, A Manlius Capitolinus* TRIB. MIL.

Cn.Genutius Augurin' II.
357 P.Mælius Capitolinus II.
L.Titinius II. P. Licinius Caluus, P.Menius II. L. Attilius Lõgus II. TRIB. MIL.

P.Cornelius Coſſus
358 L.Furius Medullinus
P.Cornelius Scipio, M. Valerius Maximus II. Cæſo Fabius Ambuſtus III. Q.Seruilius Fidenas III. TRIB. MIL.

M.Furius Camillus III.
359 A. Valerius Poplicola
L. Furius Medullinus VI. C. Aimilius Mamercinus, Sp. Postumius Albinus, P.Cornel. Scipio II. TRIB. MIL.

CARTHAGINENSIVM bellum famoſum. *Euſebius.* Ad hæc itaque tempora refer illud Genebrardi ex Ariſtotele de mirabilibus auditionibus: *Carthaginenſes, inquit, cum eorum regnũ floreret, Oceanum dimenſi ſunt, terraſque aperuerunt, in quibus erant arbores pulcherrimæ, & cœlum ſaluberrimum. Quare cum multi eò nauigarent, & capti amœnitate loci non reuerterentur in patriam, eius ob bella & aſperitatem pertæſi, pœna capitis prohibita eſt ea nauigatio.* Ita ille. *Et addit. Omninò videtur* AMERICA *deſignari à Luſitanis & Caſtilijs, auorum noſtrorum memoria circa annũ Chriſti milleſ. quadringenteſ. nonageſ. ſeptimum iterum detecta.*

360 T.Lucretius Flauus
97 Ser.Sulpitius Camerinus

HEBDOM. *Danielis XI.*

L.Valerius Potitus
361 M.Manlius Capitolinus

L.Lucretius Flauus
362 M. Aimilius Mamercinus
Ser.Sulpitius Camerinus, L. Furius Medullinus VII. Agrippa Furius Fuſus, C. Aimilius Ma-

mercinus

mercinus TRIB. MIL.

363 Q Sulpitius Longus
Q.Fabius Ambustus
K.Fabius, C. Fabius, Q Seruilius Fidenas IV. Ser. Cornelius Malaginensis TRIB. MIL.
GALLI SENONES Romam vastant & capiunt, excepto Capitolio; *paulo post tamen à* CAMILLO *vincuntur, vt latius narrant T. Liuius, Dionysius Halycarnassaus & alij.*

98 364 M. Furius Camillus per annum DICTATOR, & solus

365 L.Virginius Tricostus
L.Postumius Albinus
L.Valerius Poplicola II. P. Cornelius, A.Manlius Capitolinus, L. Aimilius Mamercinus TRIB. MIL.

366 T.Q.Cincinnatus
L.Aquilius Coruus
Q.Seruilius Fidenas V. L. Iulius Iulus, L.Lucretius Tricipitinus II. Ser. Sulpitius Rufus TRIB. MIL.

367 L. Papyrius Cursor
L.Menenius Lanatus
C.Sergius Fidenas, L. Aimilius Mamercinus II *L. Valerius Poplicola* III. *C.Cornelius* TRIB. MIL.

HEBDOM. *Danielis XII.*

368 Ser.Cornelius Maluginensis III.
T.Quinctius Cincinnatus
99 *M. Furius Camillus* IV. *Q. Seruilius Fidenas* VI. *L. Oratius Puluillus, P.Valerius Potitus Poplicola.* TRIB. MIL.

369 A.Manlius Capitolinus
T. Quinctius Capitolinus
L.Quinctius Capitolinus, L.Papyrius Cursor. II. *P. Cornelius C. Sergius Fidenas* TRIB. MIL.

370 M.Furius Camillus V.
Ser. Sulpitius Rufus II.
Ser.Cornelius Maluginensis III. *P. Valerius Potitus* II. *C. Papyrius Crassus Cincinnatus* II. TRIB. MIL.

371 L. Valerius Poplicola IV.
M.Trebonius Flauus
L. Aimilius Mamercinus III. *A.Manlius Capitolinus* III. *Ser. Sulpitius Rufus* III. *L. Lucretius Tricipitinus* II. TRIB. MIL.

372 Q.Seruilius Fidenâs
Sp.Papyrius Crassus
100 *L. Papyrius Crassus, L. Aimilius Mamercinus* IV. *Ser. Sulpitius Pratextatus, Seru. Cornelius Maluginensis,* TRIB. MIL.

373 L.Lucreti⁹ Tricipitin⁹ III.
M.Furius Camillus VI.
L.Furius Medullinus, A. & L.

Postumij Regillenses, M. Fabius Ambustus TRIB. MIL.

ARISTOTELES *decimum octauum ætatis annum agens Platonem audit.* Euseb.

L.Valerius Poplicola V.
374 P.Valerius Potitus III.
C.Sergius Fidenas III. *L Menenius Lanatus* II. *Sp.Papyrius Cursor, Ser. Cornelius Maluginensis* V. TRIB. MIL.

HEBDOM. *Danielis XIII.*
P.Manlius Capitolinus
375 M Albinus
C.Manlius Capitolinus, L. Julius Julus, L. Antistius C. Sextilius TRIB. MIL.

Q. Seruilius Fidenas II.
376 P.Clœlius Siculus
101 *Sp.Furius Medullinus, C. Licinius Caluus, M.Oratius Puluillus, L. Geganius Macerinus* TRIB. MIL.

L.Aimilius Mamercin' V.
377 L.Quincti' Cincinnat' II.
C.Quinctius Cincinnatus, P.Valerius Potitus IV. *Seru. Sulpitius Pretextatus* II. *C.Veturius Crassus Cicurinus* TRIB. MIL.

SOLITVDO seu VACATIO
378 Magistratuum per quinquennium.
Licinio Stolone', & L.
379 Sextio Laterano TRIBVNIS Plebis perpetua
380 intercessione comitia interturbantibus, dum seculò
102
381 à Patribus resistitur, ne legem de communicando cum plebe Consulatu, de
382 agrorum modo, & de fœnore minuẽdo perferrent.
HEBDOM. *Danielis XIV.*

Furius Medullinus
383 L.Valerius Potitus Poplicola V.
C. Valerius Potitus Seru. Cornel. Maluginensis VI. *A. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpitius Pratextatus* III. TRIB. MIL.

103
Q Seruilius Fidenas III.
384 M.Cornelius Maluginẽsis
A.Cornelius Cossus, C. Veturius Crassus, Q. Quinctius Cincinnatus, M. Fabius Ambustus TRIB. MIL.

Quinctius Capitolinus
385 P.Seruilius Structus
Ser. Cornelius Maluginensis V. *L. Papyrius Crassus, Ser. Sulpitius Pretextatus* IV. *L. Veturius Crassus Cicurinus* TRIB. MIL.

A.Cornelius Cossus II.
386 L.Veturi' Crass' Cicurin' II.
M.Cornelius Maluginensis II. *P. Valerius Potitus Poplicola* VI. *P. Manli' Capitolinus* II. *M. Geganius Macerinus* TRIB. MIL.

L.Aimi-

387 L. Aimilius Mamercinus
L. Sextius Lateranus
PRIMVS ex PLEBE *Cōsul.* *Hoc anno etiam duo noui Magistratus instituti sunt* PRÆTORVM & ÆDILIVM.
Moritur Artaxerxis Memnon Rex Persarum.

ARTAXERXES OCHVS filius Memnonis VIII. PERSARVM Monarcha.
Regnat annos viginti sex.
388 Coss. L. Genuti9 Auētinensis
Q. Seruilius Ahala
104 *Hic* OCHVS *crudelis homo & sanguinarius, etiam fratres proprios*, vt Plutarchus in vita patris eius narrat, *trucidandos curauit. Ægyptū tamen Persarum imperio iterū adiecit, Tandem a Bagoa Præfecto suo Eunucho veneno sublatus est*, vt Diodorus testatur libro decimo septimo in initio.
Sulpitius Seuerus sub hoc constituit historiam IVDITH. *Sed vide suprà ad Annum Vrbis quadragesimum quintum sub Manasse Rege, tempore Numæ Pompilij.*

HEBDOM. *Danielis XV.*
389 C. Sulpitius Peticus
C. Licinius Caluus

390 L. Aimilius Mamercinus
Cn. Genutius Auentinēsis

391 Qu. Seruilius Ahala II.
L. Genutius Auentinēsis II.

392 C. Sulpitius Peticus II.
105 C. Licinius Caluus II.

393 M. Fabius Ambustus
C. Petilius Libo Visolus
DEMOSTHENES & ÆSCHINES *Oratores Græci clarēt.* Euseb.

394 M. Popilius Lænas
Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus

395 C. Fabius Ambustus
C. Plautius Proculus

HEBDOM. *Danielis XVI.*
396 Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus II.
106 C. Martius Rutilus

397 M. Fabius Ambustus II.
M. Popilius Lænas II.
ALEXANDER *posteà cognominatus Magnus, Philippi Regis Macedonum & Olympiadis filius nascitur.* Euseb.

398 C. Sulpitius Peticus III.
M. Valerius Poplicola

399 M. Fabius Ambustus III.
T. Quinctius Barbatus, Capitolinus, Crispinus

400 C. Sulpitius Peticus IV.
107 M. Valerius Poplicola II.

401 P. Valerius Poplicola
C. Martius Rutilus II.

C. Sul-

C.Sulpitius Peticus V.
402 T.Quinctius Pennus Cincinnatus.

HEBDOM. *Danielis XVII.*
N.Popilius Lenas III.
403 L Cornelius Scipio

L.Furius Camillus
404 P.al.App.Claudius Crassus

108

M.Popilius Lænas IV.
405 M.Valerius Coruus

T.Manlius Torquatus
406 C.Plautius Vēno Hypsęus

M.Valerius Coruus II.
407 C. Petelius Balbus Libo Visolus II.

M.Fabius Dorso
408 Ser.Sulpitius Camerinus
109 PLATO *moritur Euseb.*

C.Martius Rutilus III.
409 T.Manlius Torquatus II.

HEBDOM. *Danielis XVIII.*
M.Valerius Coruus III.
410 A.Corneli⁹ Cossus Aruina

M.Martius Rutilus IV.
411 Q.Seruilius Ahala II.

C.Plautius Hypsæus II.
412 L. Aimilius Mamercinus pôst Priuernâs

110

T.Manlius Torquatus III.
413 P.Deci⁹Mus,qui se deuouit
Periit Ochus Rex Persarum veneno sublatus

ARSES Ochi filius IX. PERSARVM Monarcha

Regnat annos tantũ tres, *teste Diodoro vt infra plenius.*
Coss. T. Aimili⁹ Mamercin⁹
414 Q. Publius Philo; *idem posteà eodem anno* DICTATOR

De hoc ARSE sic Diodorus libro decimo septimo: *Bagoas Præfectus & spado, interfecto Ocho, filium eius iuniorem Arsem nomine in regnum intrusit, fratribus eius, qui omnes iuuenes erant, sublatis è medio, quo Rex solus relictus sibi obsequentior esset. At verò Adolescente Rege animum ad scelera Bagoa paulatim adijciente, Bagoas insidias sibi intentatas esse in vulgus iaciens, Arsem quòque qui iam annum tertium regnabat, cum omni prole extinxit, vnum ex amicis, cui Dareo erat nomen, Regem fieri curans. Erat autem Dareus Arsani, qui Ocho Persarum Regi frater fuerat, filius.* Hæc ibi Diodorus.

L.Furius Camillus
415 C.Mænius Nepos

C.Sulpitius Longus
416 P.Aulius Pætus
111 *Arses Persarum Rex occiditur vt dictum est.*

DA-

DARIVS decimus & vltimus PERSARVM Monarcha.

Regnat annos sex.

HEBDOM. Danielis XIX.

Coss. L. Papyrius Crassus
417 K. Duilius

Et eodem anno quoque ALEXANDER postea MAGNVS dictus, annos natus viginti, teste Plutarcho & alijs, succedit Patri Philippo in regnum Macedonum.

Regnat annos duodecim.

Eusebius ponit ingressum Alexandri ante Darium. Sed non rectè. Dicit quidem Diodorus lib. 17. anno primo Alexandri sic; *Per ea fermè tempora Darius principatū accepit, quibus, Philippo mortuo, Alexander in Macedonia regnum successit.* Sed id quomodo accipiendum sit, mox explicat his verbis: *Darius*, inquit, *cum ante Philippi obitum Rex esset factus, cogitabat de bello in Macedoniam transferendo, sed illius morte audita, omni cura liberatus est, quod Alexandri adolescentiam non magni æstimandam indicaret.* En ipsa verba Diodori.

Item Eusebius annum primum Alexandri constituit annum primum Olympiadis centes. vndecimæ. Sed ex Diodoro, tum etiam ex Arriano constat annum illum esse annum vltimum Philippi patris eius, & annum primum Alexandri esse annum sequentem, qui incipit hoc anno Vrbis quadringentes. decimo septimo. In Q. Curtio quidem passim annotatur Annus Vrbis quadrigentes. decimus octauus; sed scilicet secundum veterem calculū, de quo vide in Præfatione.

Porrò ALEXANDER *mox primo hoc anno Regni sui;* teste eodē Diodoro & alijs, *euersis* THEBIS, *magnum sui terrorem & admirationem toti Græciæ inijcit.*

M. Valerius Coruus IV.
418 M. Atilius Regulus

Alexander ex Europa in Asiam copias traijcit, & varijs prælijs omnia vsque Ciliciam obtinet anno regni sui secundo, Olympiadis vero centes. vndecimæ anno tertio. Diodorus eodem libro decimo septimo.

T. Veturius Caluinus
419 Sp. Postumius Regillensis Albinus

Hoc anno ipse DARIVS *Persarum Rex contractis vndique copijs circa Ciliciam cum Alexandro confligit, & vix euadit. Mater eius, vxor & filiæ captæ sunt: cæsi Persæ ad centum viginti millia peditum, & equitum non minus decem millia. Macedonum pedites desiderati tātum circiter trecenti, equites centum quinquaginta.* Idem Diodorus.

420 ANNVS sine Coss. *de quo vide Fastos Sigonij & aliorū*

Alexander TYRVM *Vrbem maritimam variè oppugnatam non sine maxima suorum clade, imo desperatione penè fractus, tandem tamen expugnat.* GAZAM *quoque post duorum mensium obsidionem obtinet, quando* IADDVS *Iudæorum Pontifex & reliqui Iudæi* (teste Iosepho lib. 11. antiquit. cap 8) *supplices ei facti benignè ab eo habiti sunt.*

Cn. Domitius Caluinus
421 A. Cornel. Coss. Aruina II.
Alexander ab ÆGIPTIIS *libenter receptus, quod Persas odissent, ad Iouis Hammonis templum profectus est. Et reuersus* ALEXANDRIAM *Vrbem condi iussit. Deinde, transmisso Tigri, secundo cum Dario confligit ad Arbela, eúque fugere cogit.*

L. Valerius Potitus Flaccus
422 M. Claudius Marcellus
Hoc anno Alexander fugientem Darium in Mediam persequens, Babylone vacua facilè potitur. Deinde multis superatis difficultatibus, tandem & Persepolim capit, cum interim DARIVS *à Præfecto suo Besso per seditionem capitur & occiditur anno tertio Olympiadis centes. duodecima, regni verò Alexandri sexto.* Diodorus ibidé.

Destructo Persarum Imperio postquam dúrasset annos ducē tos triginta.

ALEXANDER MACEDO, merito cognominatus MAGNVS.
Regnat adhuc annos sex.
Coss. L. Papyrius Crassus II.
423 L. Plautius Venno
Aleander paulatim luxu Persico degenerat.

HEBDOM. *Danielis XX.*
L. Aimilius Mamercin. II.
424 C. Plautius Decianus
113 *Bessus interfector Darij tandem in manus Alexādri viuus traditur, qui deinde amicis Darij eū excarnificandū concedit: Ipse verò copias in Sogdianā & ad* INDVM *flumē ducit, vbi Rex Mophis cognomento Taxiles se ei tradit.* Idē Diodor.

P. Plautius Proculus
425 P. Cornel Scipio Scapula
Hoc anno Alexander aliū Regē INDORVM *Porum nomine, acie superat, multisq; prouincijs vsque ad Oceanum peruagatus, tandem in Asiam redit.*

L. Cornelius Lentulus
426 Q. Publius Philo II.
HÆPHESTIO *Alexādri amicissimus nimia ex crapula moritur.*

C. Pętilius Libo Visol. II.
427 L. Papyrius Cursor
primus PROCOS.

L. Furius Camillus II.
428 D. Iunius Brutus Scæua
114

Conue-

Conueniunt Babylone Alexandrum Magnum Legati ferè omnium nationum.

Et eodem anno ibidem moritur, non sine suspicione veneni anno ætatis trigesimo secundo.

Primi Machabæorum primo capite de Alexandro narratur in hæc verba: *Et decidit in lectum & vocauit pueros suos nobiles, & diuisit illis regnum suum cũ adhuc viueret.* Hæc ibi. *In quibus quidem verbis multi Cõmẽtatores mirè se torserunt, cum constet potiùs vnumquemque posteà partem regni armis vendicasse. Verum quia & Q. Curtius libro duodecimo testatur quosdam Scriptores exteros similiter tradere ab Alexandro prouincias testamento fuisse distributas (vt vt ille opinionem eam reijciat) nos libenter eam recipimus putamusq́; Testamentum hoc, vt fit, fuisse ab aliquo vel aliquibus maleuolè suppressum.*

MACEDONVM DVCIBVS in seditionem versis.

PTOLOMAEVS LAGI ÆGIPTVM sorte obtinet, *primum vt Præfectus, deinde vt Rex.*

In vniuersum annis quadraginta.

429 L. Papyrius Cursor DICTATOR sine Coss.

Chronicon Eusebij ponit annum primum Olympiadis centesimæ decimæ quartæ annum primum huius Ptolomæi. Sed Diodorus libro decimo septimo manifestè constituit annum illum annum duodecimum & vltimum Alexandri Magni, vt proinde primus annus Ptolomæi sit annus secundus illius Olympiadis. Adde quod Polybius lib. secũdo post medium & in fine dicit, Ptolomæum hunc Lagi filium & Seleucum vtrumque obijsse Olympiade centesima vigesima quarta; secundum Eusebium autem mortuus esset anno vltimo Olympiadis præcedentis.

Porrò de turbis præcipuis inter Duces Alexandri sic breuiter Iustinus historicus libro decimo tertio. *Mortuo,* inquit, *Alexandro, Duces armati in regiam coëunt. Perdicca censet Roxanes filiæ Darij vxoris Alexandri expectari partum, consententiuntq́ue equites. Pedites è contra Aridæum Alexandri fratrem sed ex Larissæo scorto natum Regem appellant, & ad delendum equitatum armati regiam irrumpunt. Tandem equites in concordiam reuocati & ipsi ARIDEVM Regem salutant, seruata tamen portione regni Alexandri filio, si natus esset.*

Interim Castrorum exercitus & rerum cura Meleagro & Perdiccæ assignatur: Ptolomæo ÆGIPTVS sorte venit, quem ex gregario milite Alexander virtutis causa prouexerat: SYRIAM Laomedon, Ciliciam Philotas recipiunt: THRACIA & regiones

PONTICI *Maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur, & alijs alia. Summus Castrorum* TRIBVNATVS *Seleuco Antiochi filio cessit. Stipatoribus Regis Caßander filius Antipatri præficitur.*

Et nonnullis interiectis: *Hæc diuisio cum veluti fatale munus singulis contigißet, ita magna incremẽtorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore Reges ex Præfectis facti, magnas opes non sibi tantum parauerunt, verum & posteris reliquerunt.* Hęc ibi. *Ac deinde varia bella intestina totis tribus sequentibus libris cõmemorat, tantasque procellas,* vt vix videas quę sint quatuor cornua, hoc est quatuor regna, quę Danielis octauo cap. ex Regno Alexandri dicuntur exoritura.

D. Hieronymus in illum locum Danielis post regnum Ægypti, Syriæ & Macedoniæ cõstituit quarto loco regnum Asiæ. Sed cum constet mox primum Syriæ Regem Seleucum simul Asiæ imperasse cæterosque deinceps vsque ad Antiochum Magnum (quo deuicto etiam Scipio dictus est Asiaticus vt suo loco annotabimus) hinc est quod alij non sine causa quartum cornu volunt intelligi Regnum Thraciæ & Ponti. Itaque hi sint quatuor Reges ex regno Alexandri exorti: *Reges* MACEDONIÆ, Philippus qui & Aridæus frater Alexandri, Inde Cassander & cæteri vsque ad Perseum, quem L. Paulus Æmilius vicit. *Reges* THRACIÆ & PONTI, Lysimachus & alij vsque ad Mithridatem quem Pompeius Magnus domuit, *Deinde Reges* SYRIÆ seu ASIÆ, & *Reges* ÆGIPTI.

Quorum posteriorum, sicut frequens in Scriptura sacra mentio est tum alibi, tum Danielis octauo & vndecimo capitibus, & inprimis in libris Machabæorum, *ita eorũ series distinctiùs prosequemur, quousque regnum ferreum,* de quo apud eundem Danielem capite secundo, *hoc est Regnum* ROMANORVM *domabit omnia, imò lapis abscissus de mõte sine manibus, hoc est* CHRISTVS *de Virgine natus suauiter sub iugo Euangelij conteret vniuersa.*

De PTOLOMÆO filio LAGI hæc scribit D. Hieron. in caput vndecimum Danielis. *Vir prudentissimus fortissimusque ac ditissimus fuit; & tanta potentia vt Pyrrhum Regem Epirotarum expulsum restitueret in regnum, Cyprumque obtinuerit & Phœnicem, & victo Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partem, quã ab Antigono fuerat ablata, restituerit: Cariam quoque obtineret, & multas insulas, vrbesque &. regiones.* Hæc D. Hieron. Eusebius *ad annum tertium Olympiadis centesima decima quarta* Ex Iosepho lib 12. Antiquit, cap. primo ista

addit:

addit: *Ptolomæus Lagi filius Hierosolymis & Iudæa in ditionem suam dolo redactis, plurimos captiuorum in Ægiptum transtulit.*
De morte eius suo loco.

C. Sulpitius Longus
430 Q. Aulius Cerretanus

HEBDOM. *Danielis XXI.*
Q. Fabius Max. Rullianus
431 Q. Furius Curuus

T. Veturius Caluinus II.
432 Sp. Posthumi⁹ Albinus II.
115 *Romani apud* CAVDINAS *furcas à* SAMNITIBVS *turpiter sub iugum mittuntur.*

L. Papyrius Cursor II.
433 Q. Publius Philo II.

L. Papyrius Cursor III.
434 Q. Aulius Cerretanus II.
ROMANI *vlciscuntur se de* SAMNITIBVS.

L. Plautius Venno
435 M. Fossius Flaccinator

Q. Aimilius Barbula
116 436 C. Iunius Brutus Bubulcus

Sp. Nautius Rutilus
437 M. Popilius Lænas

HEBDOM. *Danielis XXII.*
L. Papyrius Cursor IV.
438 Q. Publius Philo III.

M. Pætilius Libo
339 C. Sulpitius Longus

SELEVCVS NICANOR *primus* SYRIÆ *Rex.*
Regnat an. triginta duos.
Coss. L. Papyrius Cursor V.
440 C. Iuni⁹ Brut⁹ Bubulc⁹ II.

117 Intereà Rex ÆGIPTI idē qui suprà Ptolomæus Lagi adhuc annis viginti nouem. Inde PTOL. PHILADELPHVS an. tribus ex triginta septem; *de quo annorum numero paulò post pleniùs ad Annum Vrbis quadringentes. sexages. nonum.*

Atque huiusmodi rationem reuocandi cætera ad annos Regum Syriæ seruabimus donec ad Machabæos ventum erit, quibus tunc principem locum tribuemus, sicut & posteà eorum successoribus. Nempe ab hoc Seleuco incipit Supputatio regni græcorum in libris Machabæorum, teste Iosepho libro duodecimo Antiquit. cap. septimo, & Eusebio hoc loco. *Et per Machabæos deinde ex sacris literis est certa supputatio, cui & præcipui histcrici profani adstipulantur, vt pluribus locis confirmabimus.*

De SELEVCO Nicanore hæc commemorat Iustinus libro decimo quinto circa medium: *Huius & virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laodice, cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi Duces viro, visa est sibi per quietem ex*

concubitu Apollinis cõcepisse (Christiani cum D Epiphanio aduersus hæresim sexagesimam tertiã dæmonem incubum fortè intelligerent) *grauidamque factam, munus concubitus annulum à Deo accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset, annulusque postera die in lecto inuentus est, & figura anchoræ in femore Seleuci nata; quin & filij nepotesque eius anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuère. Multa post diuisionem regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniam cepit, inde Bactrianos expugnauit, transitum deinde in* INDIAM *fecit, quæ post mortem Alexandri Præfectos eius occiderat. Et rursum, occiso Antigono Rege Asiæ, primum socius filio eius Demetrio accessit, hinc* (vt libris duobus sequentibus narrat idem Iustinus) *cum Ptolomæo Lysimacho & Pyrrho Rege Epiri societate inita, contra eundem Demetrium pugnauit; qui & circumuentus à tot exercitibus, cum posset honestè mori, turpiter se dedere Seleuco maluit.* Hęc & plura libris citatis Iustinus de Seleuco.

PTOLOMÆVM PHILADELPHVM his verbis depingit D Hieronymus in caput vndecimum Danielis, ex Iosepho, *vt apparet* lib. 12. antiquitatum capite secundo; *Iste, ait, Ptolomæus Philadelphus filius fuit Ptolomæi superioris: Sub quo* LXX. *Interpretes Alexandriæ Scripturam sanctam in græcum dicuntur vertisse sermonem: qui & Eleazaro Pontifici multa Hierosolymam & in templi donaria vasa transmisit: cuius Bibliothecæ præfuit* DEMETRIVS PHALEREVS *idem apud Græcos Orator & Philosophus; Tantæque potentiæ fuisse narratur hic Ptolomæus, vt Ptolomæum patrem vinceret. Narrant enim historiæ habuisse eum peditũ ducenta millia; equitum viginti millia, curruum verò duo millia;* ELEPHANTOS *quos primus adduxit ex Æthiopia quadringentos, naues longas, quas nunc Liburnas vocant, mille quingentas, alias ad cibaria militum deportanda mille; auri quoque & argenti grande pondus; ita vt de Ægipto per singulos annos quatuordecim millia & octingenta talenta argenti acceperit, & frumenti artabas (quæ mensura tres modios & tertiam modij partem habet) quinquies & decies centena millia.* Hæc D. Hieronymus. *Vbi si quis plura de Septuaginta duobus Interpretibus scire desiderat, consulas Iosepum iam dicto loco.*

441 M. Valerius Maximus
P. Decius Mus

442 C. Iunius Bubulcus III.
Q. Aimilius Barbula II.

Q. Fa-

Olymp.	An. Vrbis	
	443	Q.Fabius Max.Rullian' II. C.Martius Rutilus, Censorinus posteà dictus
118	444	DICTATOR & Magister Equitum sine Coss. *Vide Fastos Sigonij & aliorum*
	445	HEBDOM. *Danielis XXIII.* Q Fabi' Max.Ruillian' III. P. Decius Mus II.
	446	App. Claudius Cæcus L. Volumnius Flāma Violensis
	447	P. Cornelius Aruina Q Martius Tremulus
119	448	L. Postumius Megellus T.Minutius Augurinus
	449	P.Sempronius Sophus P.Sulpitius Sauerrio
	450	L.Genutius Auentinensis Ser Cornelius Lentulus
	451	M.Liuius Denter M.Aemilius Paulus
120	452	HEBDOM. *Danielis XXIIII.* Q.Fabi' Max.DICTATOR M. Aemilius Paul' Mag.eq. & M. Valerius Coruus,& P.Sēproni' Soph' Mag.eq.
	453	M Valerius Coruus V. Q Appuleius Pansa
	454	M.Fuluius Pætinus T.Manlius Torquatus
	455	L.Cornelius Scipio C.Fuluius Centumalus
121	456	Q.Fabi' Max. Rullian' IV. P. Decius Mus III. qui se posteà deuouit.
	457	App Claudius Cæcus II. L.Volumnius Flāma Violensis
	458	Q.Fabius Max.Rullian' V. P.Decius Mus IV.
	459	HEBDOM. *Danielis XXV.* L.Postumius Megellus II. M.Attilius Regulus
122	460	L.Papyrius Cursor Sp.Caruilius Maximus
	461	Q.Fabius Maxim' Gurges D.Iunius Brutus Scæua
	462	L Postumius Megellus III. C. Iunius Brutus Bubulcus
	463	M.Curius Dentatus P.Cornelius Rufinus
123	464	M.Valerius Coruinus VI. Q Cædicius Noctua.
	465	Q Martius Tremulus II. P.Cornelius Aruina

HEB-

HEBDOM. *Danielis XXVI.*
M.Claudius Marcellus
466 S.Nautius Rutilus

M.Valerius Maximus
467 C.Ælius Pætus

C.Claudius Canina
468 M.Aimilius Barbula

124 *Moritur Ptolomæus filius Lagi Rex Ægipti*, inquit Iustinus libr. 16. *cum magna rerum gestarũ gloria, Olympiade* (vt Polybius addit libr. secundo in fine) *centes. viges. quarta.*

PTOL. PHILADELPHVS filius superioris, regnat annos triginta septem post patrem.

Coss.C.Seruilius
469 L.Cæcilius Metellus

Eusebius tribuit Philadelpho annos triginta octo, imò Iosephus lib. 12. cap. 2. vndequadraginta; sed regnauit etiam viuente patre; vt ex Iustino iam dicto libro decimo sexto manifestissimum est. Adde quod assignando ei plures annos post patrem quam triginta septem, verum non erit quod tradit Polybius dicto libro secundo in fine; Ptolomæum Lagi mortuum esse Olympiade centes. vigesima quarta ac deinde Ptol. Euergetem successorem eius Olympiade centesima trigesima nona.

P.Cornelius Dolabella.
470 Cn.Domitius Caluinus

Q.Aimilius Papus
471 C.Fabricius Luscinus

Seleucus Nicanor Rex Syriæ annos natus amplius septuaginta septem a fratre Ptol. Philadelphi Ptol. Cerauno (cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat) per insidias circumuentus occiditur, regnumque Macedoniæ quod Lysimacho eripuerat cum vita pariter amittit, ait Iustinus libr. decimo septimo, *paulo ante quam Pyrrhus Tarentinis aduersus Romanos ferret auxilium.* Polybius libro secundo in fine clarè exprimit Olympiadẽ centes. viges. quartam. *Condidit hic Seleucus (memoriæ scilicet patris sui Antiochi)* ANTIOCHIAM, *item* SELEVCIAM, *Laodiceam, Edissam & plures Vrbes.*

ANTIOCHVS SOTER, secundus SYRIAE Rex.

Regnat an. nouemdecim.

Coss.L.Aimilius Barbula
472 Q.Martius Philippus.

125 *Hoc anno cœptum Bellum cum* TARENTINIS *&* PYRRHO *Rege Epiri durat sexẽnium. Celebrantur* FABRICIVS *&* CVRIVS.

Rex ÆGIPTI idem Ptol. Philadelphus, ita vt annus Soteris vltimus sit Philadelphi viges. secundus

De ANTIOCHO SOTERE, *& quis fuerit tunc status præcipuarum Rerumpublicarum* his verbis

verbis breuiter deſcribit Iuſtinus libro illo decimo ſeptimo. *Igitur Ptolomæus* (inquit) *interfector Seleuci, cum & in gratiam memoriæ Magni Ptolomæi patris, & in fauorem vltionis Lyſimachi ambitioſus apud populares eſſet, primo Lyſimachi filios conciliare ſibi ſtatuit, nuptiasque Arſinoës ſororis ſuæ matris eorum petit, puerorum adoptione promiſſa. Fratris quoque Regis Ægypti concordiam per epiſtolas deprecatur, omnique arte adulatur Eumeni & Antigono Demetrij filijs, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius hoſtis ſibi accederet. Sed nec Pyrrhus Rex Epiri omiſſus ingens momentum futurus vtri parti ſocius acceſſiſſet, qui & ipſe ſpoliare ſingulos cupiens, omnibus ſe partibus vendicabat. Itaque Tarentinis aduerſus Romanos laturus auxilium, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuo petit, ab Antiocho pecuniam, qui opibus quam militibus inſtructior erat, a Ptolomæo Macedonum militum auxilia.*

Ac deinde libro vigeſ. quarto rediens ad eandem narrationẽ: *Interea*, inquit, *inter Reges bellum finitur. Nam Ptolomæus, pulſo Antigono, cum regnum totius Macedoniæ occupaſſet, pacem cum Antiocho facit, affinitatemque cũ Pyrrho, data ei in matrimonium filia ſua.* Hęc ibi.

HEBDOM. *Danielis XXVII.*

473 P. Valerius Læuinus
Tiberi' Coruncani' Nepos

474 P. Sulpitius S. Auerrio
P. Decius Mus

475 Q. Aimilius Papus II.
C. Fabricius Luſcinus II.

126

476 P. Cornelius Rufinus II.
C. Iuni' Brut' Bubulc' II.

477 Q. Fabius Gurges II.
C. Genutius Clepſina

478 M. Curius Dentatus II.
L. Cornelius Lentulus

479 M. Curius Dentatus III.
Ser. Cornelius Merenda

HEBDOM. *Danielis XXVIII.*

127

480 C. Fabricius Luſcinus
C. Claudius Canina

481 L. Papyrius Curſor
Sp. Caruilius Maximus II.

482 C. Quintius Claudius
L. Genutius Clepſina

483 C. Genutius Clepſina II.
Cn. Cornelius Blaſio

128

484 L. Quinctius Gulo
C. Fabius Pictor
Hoc anno (qui eſt quintus ante

primum octauum Punicum) primum ARGENTVM Romæ signatum est. Testis Plinius libr. 33. cap. 3.

485 P. Sempronius Sophus
App. Claudius Crassus

486 M. Atilius Regulus
L. Iulius Libo

HEBDOM. *Danielis XXIX.*

487 D. Iunius Pera
M. Fabius Pictor

488 M. Valerius Maximus
129 Q. Mamilius Vitulus

489 App. Claudius Caudex
M. Fuluius Flaccus

PRIMVM *bellum* PVNICVM *contra Carthaginenses pro Sicilia Romanis fœderata hoc anno susceptum. Romani tandem anno belli vigesimo tertio victores, pacis leges Carthaginensibus imponunt.*

490 M. Valerius Maximus II.
M. Otacilius Crassus

Moritur Antiochus Soter Rex Syriæ.

ANTIOCHVS THEOS tertius SYRIAE Rex, filius Soteris & nepos Seleuci. Ioseph. lib. 13. cap. 3.

Regnat ann. quindecim.

Coss. L. Postumius Megell.
491 Q. Mamilius Vitulus II.

Rex ÆGIPTI idem Philadelphus annis quindecim vltimis.

De hoc ANTIOCHO, *qui stultè cognominatus est* Θεὸς, *id est, Deus,* sic D. Hieron. in caput vndecimum Danielis: *Iste,* inquit, *aduersus Ptolomæum Philadelphū, qui secundus imperabat Ægiptijs, bella gessit quam plurima, & totis Babylonis atque Orientis viribus dimicauit. Volens denique Philadelphus post multos annos molestiā finire certamen, filiam suam nomine Berenicem Antiocho vxorem dedit (habebat is iam de priore vxore Laodice duos filios Seleucum, qui cognominatus est Callinicus, & alterū Antiochum) deduxitque eam vsque Pelusium; & infinita auri & argenti millia dotis nomine dedit. Antiochus autem Berenicem consortem regni habere se dicens, & Laodicē in concubinæ locū post multū temporis amore superatus, Laodicem cū liberis suis reduxit in regiam. Quæ metuens ambiguum viri animum, ne Berenicem reduceret, virum per ministros veneno interfecit; Berenicem autem cum filio qui ex Antiocho natus erat occidendā curauit.* Hęc D. Hieronymus. *Cæterā quæ deinde consecuta sint, dicetur in Seleuco eius filio.*

492 L. Valerius Flaccus
130 T. Otacilius Crassus.

493 Cn. Cornel. Scipio Asina
C. Duillius

HEBDOM. *Danielis XXX.*
L.Cornelius Scipio
494 C.Aquilius Florus

A.Atilius Calatinus
495 C.Sulpitius Paterculus

C.Atilius Regulus
131 496 Cn.Cornelius Blasio

Qu.Cæditius
497 L.Manlius Vulso Longus

Ser.Fuluius Nobilior
498 M.Æmilius Paulus

Cn.Cornel.Scipio Asina II.
499 A.Atilius Calatinus II.

Cn.Seruilius Cæpio
132 500 A.Sempronius Blæsus

HEBDOM. *Danielis XXXI.*
C.Aurelius Cotta
501 P.Seruilius Geminus

L.Cæcilius Metellus
502 C.Furius Pacilus

C.Atilius Regulus II.
503 L.Manlius Vulso

P.Claudius Pulcher
133 504 L.Iunius Pullus

C.Aurelius Cotta II.
505 P.Seruilius Geminus II.
Hoc anno moritur Philadelphus Rex Ægypti, item Antiochus *Theos Rex Syriæ.*

SEL*EVCVS CALLINICVS quart⁹ SYRIAE Rex.*
Regnat annos viginti
*Coss.*L Cæcilius Metell⁹ II.
506 N.Fabius Buteo

Rex ÆGIPTI PTOL. EVERGETES annos viginti ex viginti sex.

De his duobus Regibus sic Iustinus libro vigesimo septimo: *Mortuo Syriæ Rege Antiocho, cum in locum eius filius Seleucus successisset, hortante matre Laodice, quæ inhibere debuerat, auspicia regni a parricidio cepit. Quippe Beronicem nouercam suam sororem Ptolomai Regis Ægipti cũ paruulo fratre ex ea suscepto interficit. Quo facinore perpetrato, & infamiæ maculam subijt, & Ptolomai bello se implicuit: indigna enim res omnibus visa. Itaque plurimæ ciuitates Ptolomæo se tradunt: qui nisi in Ægiptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Post discessum autem Ptolomai, cum Seleucus aduersus ciuitates quæ defecerant, classem comparasset, repente orta tempestate classem amisit; atque interim, quasi Dijs iam satisfactum esset, paulo post ipsæ se sponte imperio eius restituunt.*

Quare lætus Seleucus Ptolomæo bellum infert, Antiochum fratrem in auxilium vocans, qui

annos quatuordecim natus Hierax dictus est, quod accipitris ritu in alienis capiendis vitam sectaretur. Et quidem intereà Ptolomæus ve cum duobus vno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit. Sed pax ab hoste data interpellatur a fratre, qui conducto Gallorum mercenario exercitu pro auxilio bellum, pro fratre hostem exhibuit. In eo prælio virtute GALLORVM *victor quidem Antiochus fuit, sed Galli arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertunt.*

Et tandem de morte vtriusq; hæc addit: *Igitur cum Antiocho nusquam locus tutus esset ad Ptolomeum hostem decurrit, qui seruari eum arctissima custodia iubet: vnde opera cuiusdam meretricis elapsus, fugiēs à latronibus interficitur. Seleucus quoque iisdem fermè diebus, amisso regno, equo præcipitatus finitur.* Hæc Iustinus.

507 M Otacilius Crassus II.
M. Fabius Licinus.

HEBDOM. *Danielis XXXII.*

134
508 M. Fabius Buteo II.
C. Attilius Bulbus

509 A. Manlius Atticus
C. Sempronius Blęsus II.

510 C. Fundanius Fundulus
C. Sulpitius Gallus

511 C. Luctatius Catulus
A. Postumius Albinus
DVO PRÆTORES *hoc anno primum creati.*

512 Q Luctatius Cereo
A. Manlius Atticus II.

135
513 C. Claudius Centho
M. Sempronius Tuditan'

514 C. Mamilius Turrinus.
Q. Valerius Falto

HEBDOM. *Danielis XXXIII.*

515 T. Sempronius Gracchus.
P. Cornelius Falto.

136
516 L. Cornel. Lētul' Caudin'
Q. Fuluius Flaccus

517 P. Cornel. Lentul' Caudin'
C. Licinius Varus.

518 C. Atilius Bulbus II.
T. Manlius Torquatus

519 L. Posthumius Albinus
Sp. Caruilius Maximus

137
520 Q Fabius Verrucosus
M Pomponius Matho

521 M. Aimilus Lepidus
M. Publicius Malleolus

HEBDOM. *Danielis XXXIV.*

522 M. Pomponius Matho II.
C. Papyrius Maso.

M. Ai-

M. Aimilius Barbula
523 M. Iunius Pera

L. Poſthumius Albinus II.
138 524 Cn Fuluius Centumalus

Sp. Caruilius Maximus II.
525 Q. Fabius Verrucoſus II.
Moritur Seleucus Callinicus Rex Syriæ.

SELEVCVS CERAVNVS quintus SYRIAE Rex.
Regnat annos tres.
Coſ. P. Valerius Flaccus
526 M. Atilius Regulus

Rex ÆGIPTI idem Prol. Euergetes, ita vt annus Seleuci vltimus ſit Euergetis vigeſ. tertius.

De SELEVCO CERAVNO hæc ſcribit D. Hieronymus in caput vndecimum Danielis: *Poſt fugam & mortẽ Seleuci Callinici, duo filij eius Seleucus cognomento Ceraunius, & Antiochus qui appellatus eſt Magnus prouocati ſpe victoriæ & ultione parentis, exercitu congregato aduerſus Ptolomæum arma corripiunt. Cumque Seleucus maior frater, tertio anno imperij eſſet occiſus in Phrygia per dolum Nicanoris & Apaturij, exercitus qui erat in Syria Antiochũ fratrem eius cognomento Magnum de Babylone vocauit ad regnum.* Hactenus D. Hieronymus.

Polybius libro quarto circa medium his verbis rem narrat: *Mortuo Seleuco patre Antiochi cum regnum ad Seleucum eius filium, qui cæteris fratribus maior natu erat, perueniſſet,* ACHÆVS *cum eo propter generis propinquitatem Taurum tranſcendit biennio ferè ante hæc, de quibus ſcribimus, tẽpora. Seleucus enim ſimulac regnum ingreſſus fuit, cum audiſſet Attalum loca omnia quæ ſunt citra Taurum montem occupaſſe, rebus ſuis conſulendum ratus, maximis viribus Taurum tranſcendit: vbi paucis interiectis diebus, ab Apaturio Gallo & Nicanore dolo circumuentus, atque extinctus eſt.* Hęc ibi *Reliqua dicemus proximè.*

L. Apuſtius Fullo
527 M. Valerius Meſſala

L. Æmilius Papus
528 C. Atilius Regulus
139 *Occiditur Seleucus Ceraunus, vt iam dictum eſt, & quidem, vt idem Polybius teſtatur in fine libri ſecundi, Olympiade centeſ. trigeſ. nona.*

ANTIOCHVS MAGNVS in ſola Syria, *ACHAEO (de quo ſuprà) reliquam Aſiam per vim occupante*, annis circiter tribus.

HEBDOM. *Danielis XXXV.*

Coſ. Q Fuluius Flaccus II.
529 T. Manlius Torquatus II.

Rex ÆGIPTI idem Ptol. Euergetes annis tribus poſtremis.

mis.

Eusebij Chronicon hic auspicatur annos triginta sex Antiochi; sed quam parum deinceps eius calculus conueniat cum Fastis Consulum Romanorum vide infrà, potissimum ad Annum Vrbis quingentesimum sexagesimũ tertiũ. Et propterea Antiochum triennio vel circiter in sola Syria regnantẽ prius constituimus, ac deinde, interfecto Achao Tyrãno adhuc annis triginta sex in Asia simul & Syria. Nẽpe sic fiet vt secundum narrationem T. Liuij & aliorum adhuc viuat Antiochus anno quarto Olympiadis centes. quadrages. octaua, qui secundum Eusebium tunc triennio ante fuisset mortuus, vt alia sileam, qua ad Annum illum quingentesimum sexages. tertiũ annotata sunt.

Neque confictum est hoc triennium sine quodcunque internallum saltem non minus triennio, quod hic ponendum est. Nam sic habet Polybius eodem libro quarto post verba illa quæ supra retulimus, de interfectoribus Seleuci Cerauni: A c h æ v s, inquit, *propinqui mortem vlciscendam ratus, extemplò Apaturium atque Nicanorem interfecit. Tum copijs, reliquisque omnibus rebus prudenter ac magno animo vsus est. Nam cum & opportunitas temporis, & vnanimis militum consensus eum ad suscipiendum diadema hortaretur, id facere noluit, sed tanquam regnum Antiocho iuniori fratri seruaret, diligenter omnia administrans, omnem qua citra Taurum est regionem subigere decreuit. Verum rebus feliciter succedentibus, cum ad extremum Attalo nihil prater Pergamum reliquisset, insperatis victorijs elatus, repente consilium mutauit, seque* R e g e m *salutari iussit.* Hæc ibi.

Et similia habet eodem libro iterum; & libro quinto item bis; vbi & hæc sunt eius verba: *Et* A c h æ v s, inquit, *iam sine controuersia* R e g n v m *adeptus, longè latèque vires suas extenderat.* Atque adeò vix tandem superatus est Achæus iste & interfectus ab Antiocho, *vt est apud eundem Polybium libro octauo.*

Caterum quo loco hoc internallũ annorum circiter trium iterum ex Chronico Eusebij eximendum sit, ne series temporum vniuersa turbetur, vide infrà ad Annum Vrbis quingentes. sexagesimum octauum in Seleuco Philopatore

C. Flaminius Nepos
530 P. Furius Philus

M. Claudius Marcellus
531 Cn Cornel. Scipio Caluus

Hoc anno moritur Ptolomaus Euergetes Rex Ægipti durante adhuc Olympiade centes. trigesima nona, vt Polybius in fine libri secundi testatur. Atque eodem anno captus est & interfectus Achaus Tyrannus; de quo idem Po-

lybius

lybius libro octauo.

ANTIOCHVS MAGNVS, interfecto Acheo Tyranno, sextus Asiæ simul & SYRIAE Rex. Regnat adhuc annos triginta sex

Coss P. Cornelius Asina
532 M. Minutius Rufus

140 Rex ÆGIPTI, PTOL. PHILOPATOR annis septédecim. Inde PTOL. EPIPHANES annis nouemdecim ex viginti quatuor.

Regum istorum res gesta a Polybio & alijs prolixè narrantur. D. Hieronymus in caput vndecimũ Danielis his verbis breuiter præcipua cóplexus est: *Antiochus Magnus*, ait, *veniens de Babylone cum pugnasset aduersus Duces Ptolomæi Philopatoris, imò proditione Theodotij obtinuisset Syriã, quæ iã per successionem magna ex parte a Regibus Ægipti tenebatur tantum animi sumpsit, contempta luxuria Philopatoris & magicis artibus, quibus inseruire dicebatur, vt vltro Ægiptijs bellum conaretur inferre. Ptolomæus igitur congregauit plurimam multitudinẽ, & ingressus est aduersus Antiochum, initoque certamine iuxta oppidum Raphiæ, quod in foribus Ægipti est, omnem Antiochus amisso exercitum, & per deserta fugiens penè captus est: cumque cessisset Syria, ad extremũ fœdere, & quibusdam conditionibus pugna finita est.*

Posteà Antiochus, cum Ptolomæus deperiret Agathocleam psaltriam, fratremque eius & ipsum Agathoclem haberet concubinum, quem posteà Ægipti Ducem constituit, incredibilem de superioribus locis Babylonis exercitum congregauit. Et Ptolomæo Philopatore mortuo, aduersus filium eius, qui tunc quatuor annorum erat, & vocabatur Ptolomæus EPIPHANES *rupto fœdere mouit exercitum. Tanta enim dissolutionis & superbiæ Agathocles fuit, vt subdita etiam Ægipto prouinciæ rebellarent, ipsaque Ægiptus seditionibus vexaretur. Philippus quoque Rex Macedonum & Magnus Antiochus pace facta, aduersus Agathoclem & Ptolomæum Epiphanem dimicarent, sub hac conditione vt proximas ciuitates regno suo singuli de regno Ptolomæi iungerent.*

Interim IVDÆA *in medio posita in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolomæo fauentibus. Primum Antiochus tenuit Iudæam. Sed missus Scopas Ætholi filius Dux Ptolomæi partium aduersus Antiochum fortiter dimicauit, cepitque Iudæam, & optimates Ptolomæi partium secũ abducens in Ægiptum reuersus est. Antiochus autem volens Iudæam recuperare, & Syriæ Vrbes plurimas, Scopam ducem Ptolomæi iuxta fontes Iordanis, vbi nunc Paneas condita est, inito certamine fugauit, & cum decem millibus*

armatorum obsedit clausum in Sidone: ob quem liberandum misit Ptolomaeus duces inclitos Eropum, & Menocleam & Damoxenum. Sed obsidionẽ soluere non potuit, donec fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum socijs demissus est.

Eo tempore plurima ciuitates, quae prius à Ptolomai partibus tenebantur capta sunt Aphrodisias & Soloë & Zephyrion, & Mallos, & Anemirum, & Selenus, & Coracesium & Coricus, & Andriace, & Lymira & Patra & Xanthus, & ad extremum Ephesus; de quibus vniuersis & graca & Romana narrat historia.

Quin volens Antiochus non solum Syriam & Ciliciam & Lyciã & alias prouincias qua Ptolomai fuerant partium possidere, sed in Ægiptum quoque regnum suum extendere, filiam suam CLEOPATRAM *per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescentis despondit Ptolomaeo, & tertiodecimo anno tradidit, data ei dotis nomine omni Cœlesyria & Iudaea. Sed Ægiptum obtinere non potuit, quia Ptolomaeus Ephiphanes & duces eius sentientes dolum cautius se egerunt, & Cleopatra magis viri partes quam parentis fouit. Hinc porrò vertit se Antiochus ad Asiam, & nauali certamine aduersus plurimas insulas dimicans, cepit Rhodum & Samum & Colophonam & Phoceam & alias multas insulas. Sed occurrit ei L. Scipio Nasica cũ fratre suo P. Scipione Africano qui Hannibalem vicerat. Victus denique* ANTIOCHVS *intra Taurum regnare iussus est, & inde fugit ad Apamiam ac Susam, & vltimas regni sui penetrauit Vrbes, cũque aduersus Elymaos pugnaret, cum omni est deletus exercitu* Hęc D. Hieronymus; *qua posteriora suis locis etiam distinctiùs ponemus ex Liuio & alijs ad stabiliendam certam temporum rationem.*

L. Veturius Philo
533 C. Luctatius

L. Æmilius Paulus
534 M. Liuius Salinator

P. Cornelius Scipio
535 T. Sempronius Longus

Bellum PVNICVM SECVNDVM *hoc anno cœptum, omnium, qua Romani gesserunt, grauissimum.* ANNIBAL *Dux Carthaginensium septemdecim annis in ipsis visceribus Italia harens, multis eos cladibus frangit; vicissetque, vt historia loquuntur, si vti victoriã sciuisset. Tandẽ* SCIPIONIS *virtute coactus pro patria sua pugnare, in Africam reuersus magno pralio à Scipione superatur post annum decimum septimum cœpti belli. Hic est* SCIPIO AFRICANVS *Maior.*

HEBDOM. *Danielis XXXVI.*

C. Fla-

Olymp.	An. Vrbis.	
		C.Flaminius II.
141	536	Cn.Seruiliu Geminus
		L.Aimilius Paulus II.
	537	C.Terentius Varro
		T.Sempronius Gracchus
	538	L.Postumius Albinus III
		Q Fabi' Max. Verrucos' IV.
	539	M.Claudius Marcellus III.
		Qu.Fabius Max.
	540	T.Sepronius Gracchus III.
142		
		App.Claudius Pulcher
	541	Q.Fuluius Flaccus III.
		P.Sulpicius Galba Maxim'
	542	Cn.Fuluius Centumal' II.
		HEBD. *Danielis XXXVII.*
		M.Claudius Marcellus IV.
	543	M.Valerius Leuinus II.
		Q Fab. Max. Verrucosus V.
143	544	Q.Fuluius Flaccus
		M.Claudius Marcellus V.
	545	T.Quincius Crispinus
		M.Liuius Salinator II.
	546	C.Claudius Nero
		Q Cęcilius Metellus
	547	L.Veturius Philo
		P.Corneli' Scipio African'
144	548	P.Licini' Crassus Diues

Olymp.	An. Vrbis.	
		Moritur Ptol. Philopátor Rex Ægipti.
		PTOL. EPIPHANES *Rex Ægipti*, Regnat annos viginti quatuor.
		Coss. M.Cornelius Ceth eg'
	549	P.Sempronius Tuditan'
		HEBD. *Danielis XXXVIII.*
		Cn.Seruilius Cæpio
	550	C.Seruilius Nepos
		Ti.Claudius Nero
	551	M.Seruilius Pulex Gemin'
		Cn.Cornelius Lentulus
	552	P.Ælius Pætus.
145		*His Coss. finitum est bellum Punicum secundum.*
		P.Sulpiti' Galba Maxim. II.
	553	C.Aurelius Cotta
		Hoc anno cœptum est Bellum MACEDONICVM *contra Regem Macedoniæ* PHILIPPVM: *Finitur Anno Vrbis quingentesimo quinquages. sexto exeunte.*
		C.Cornelius Lentulus
	554	P.Villius Tapulus
		T.Quinctius Flaminius
	555	Sext. Ælius Pætus Catus
		C.Cornelius Cethegus
	556	Q.Minutius Rufus
146		*Hoc anno*, inquit Liuius, *vix dum terminatum erat cum Philip-*

po bellum; pax certè non nisi anno sequenti a Senatu est data.

HEBDOM. *Danielis XXXIX.*

L. Furius Purpureo
557 M. Claudius Marcellus

L. Valerius Flaccus
558 M. Portius Cato

P. Corn. Scipio African⁹ II.
559 T Sempronius Longus

L. Cornelius Merula
560 Q. Minutius Thermus

147

T. Quinctius Flaminius
561 Cn. Domitius Ænobarbus

Cleopatra filia Antiochi Magni, teste Liuio, traditur Ptolomæo Epiphani Regi Ægipti uxor.

M Atilius Glabrio
562 M. Corneli⁹ Scipio Nasica

Bellum SYRIACVM *contra* ANTIOCHVM *a Romanis hoc anno suscipitur, & mox per Scipionem sequentis anni Consulem conficitur, vt ibi plenius dicetur.*

L. Cornelius Scipio ASIATICVS
563 C. Lælius Nepos

Hoc anno, vt diximus, victus est Antiochus teste Liuio & alijs. Leges pacis Antiocho hæ data: Europa abstineto, item Asia omni quæ cis Taurum montem est; Syria & his quæ vltra Taurum sunt contentus esto; quindecim millia talentûm pendito, & alia, vt apud Liuium ipsum copiosius. Et ista quidem leges hoc anno ei a Scipione sunt datæ, sed demum a Senatu biennio pòst (vt idem Liuius narrat) solemni ritu probantur, Liuio Salinatore & M. Valerio Messalla Coss.

Eusebius in Chronico ponit Antiochum victum Olympiadis centesima quadrages. septima anno primo. vnde vsque ad annum primum Olympiadis centes. octuages. tertiæ (quo anno rectè constituit initium dominationis IVLII *Cæsaris) anni sunt centũ quadraginta quatuor. Atqui secundum Liuium, Eutropium & alios victus est Antiochus Scipione & Lelio Coss. anno Vrbis, vt videmus, quingẽtes. sexages. tertio. Vnde vsque ad arreptũ per* IVLIVM *Cæsarẽ Imperiũ (quod fuit secundũ eosdẽ auctores Anno Vrbis septingentes. quinto) anni tãtũ sunt centũ quadraginta & vnus.*

Et plus etiam errasse deprehendetur in eadem Historia Romana circa Annum Vrbis sexcentes. nonages. quãdo agetur de Iudæa subacta per Pompeium, denique omniũ grauissimè mox circa Annum Vrbis quingentes. nonages. primum; vbi plures annos tribuens Regibus aliquot Syriæ & Ægipti ex numeris corruptis Strabonis & aliorum quorundam, apertè pugnat cum Scriptura sacra & Iosepho. Sed de his singulis, suis locis distinctius.

HEB-

HEBDOM. *Danielis XL.*

Cn.Manlius Vulso
564 M.Fuluius Nobilior
148

C.Liuius Salinator
565 M.Valerius Messala

His Coß.apud Liuium primùm scripta sunt, approbante Senatu, conditiones pacis cum Antiocho, & Elephantes, vt iussi erant, ab eo dati.

M.Æmilius Lepidus
566 C.Flaminius Nepos

Sp.Postumius Albinus
567 Q.M.Philippus

Hoc anno viuit adhuc Antiochus apud Liuium. Vtpote inter eum & Eumenẽ controuersias cõponit Scipio Asiaticus; vt merito hic recedamus a calculo Eusebij, qui ponit eũ mortuũ Olympiadis cẽtes. quadrages.octaua ano primo. Itaq; hoc anno potiùs mortuus videtur.

Eius mortem Iustinus libro trigesimo secundo in initio, his verbis describit: *Cum graui*, inquit, *tributo pacis a Romanis premeretur, sperans se excusatiùs sacrilegia commissurũ, adhibito exercitu nocte templum Dindymai seu Dodonai Iouis aggreditur. Qua re prodita, concursu incolarum cum omni militia interficitur.* Hæc ibi. *Auctor de Viris Illustribus sic habet; A sodalibus quos temulentus in cõuiuio pulsauerat, occisus est. Ita ille. Forte vterque verum dicit.*

SELEVCVS PHILOPATOR septimus SYRIAE Rex. Reguat post patrem adhuc annos nouem.

*Coß.*App.Claudi⁹ Pulcher
568 M.Sẽpronius Tuditanus
149

Rex ÆGIPTI idem Ptol. Epiphanes annis quinque vltimis. Hinc PTOL. PHILOMETOR annis quatuor ex triginta tribus. *Eusebius habet triginta quinque. Sed vide infrà ad Annum Vrbis quingentesimum nonagesimum primum.*

Idem Eusebius ponit Seleucum regnasse annos duodecim nulla facta mentione, quod viuente simul patre regnauerit. Sed cum ex Liuio ostensum sit tum ad Annum Vrbis quingentes. sexages. tertiũ, tũ sexages. septimum, Antiochum Magnũ triennio tardius mortuum esse quã vult Eusebius, & rursum constet ex primi Machabæorum primo capite Antiochum Epiphanem eius filium & Seleuci fratrem cœpisse regnare anno regni græcorum centes. trigesimo septimo; omnino necessum est Seleucum illo triennio simul cum patre regnasse.

Neque mirum hoc videatur. Nam & Liuius narrat eum post conditiones pacis cum Romanis initas vltrò citròq; negotia agitasse; & ipse Eusebius post victoriã Scipionis tribuit Antiocho adhuc annos quatuor; & quod non minoris momenti est, Iosephus libro 12. capite quinto videtur Seleuco tribuere

vix vltra septennium. Adde quoque, si placet, quod Auctores passim scribant Seleucum inutilem fuisse ad gerendum imperium, neque vixisse multo tempore post obitum patris.

De hoc SELEVCO sic etiam D. Hieronymus ad illa verba Danielis vndecimo; Et stabit in loco eius vilissimus; *Seleucum dicit cognomento Philopatorem filium Magni Antiochi, qui nihil dignum Syria & patris gessit imperio, & absque vllis prælijs inglorius perijt.* Hæc D. Hieron. *Imo & ipsa Scriptura sacra eum non aliter describit:* Et stabit, *inquit*, in loco eius vilissimus, & indignus decore regio, & in paucis diebus conteretur non in furore nec in prælio. *En ipsa Scriptura sancta verba.*

C. Claudius Pulcher
569 L. Porcius Licinius.

Q. Fabius Labeo.
570 M. Claudius Marcellus.

HERDOM. *Danielis XLI*
L. Æmilius Paulus
571 Cn. Bæbius Tamphilus

P. Cornelius Cethegus
572 M. Bæbius Tamphilus.
150 *Moritur Ptol. Epiphanes Rex Ægipti.*

PTOL. PHILOMETOR

Rex Ægipti. Regnat annos triginta tres. *Eusebius habet triginta quinque. Sed vide infra ad Annum Vrbis quingentes. octuages. quintum.*

Coss. A. Postumius Albinus
573 C. Calphurnius Piso

Q. Fuluius Flaccus
574 L. Manlius Accidinus

M. Iunius Brutus
575 A. Manlius Vulso.

C. Claudius Pulcher
576 T. Sempronius Gracchus.
151 *Hic est annus centesimus trigesseptimus regni græcorum de quo 1. Machab. primo capite, computando (vt suprà ad Annũ Vrbis quadringentes. quadragesimum annotauimus) a primo anno primi Regis Syriæ Seleuci Nicanoris.* Et hoc anno exeunte (*mortuo Seleuco Philopatore*) successit eius frater

ANTIOCHVS EPIPHANES *octauus* SYRIAE *Rex*.

Regnat ante assertam per Iudam Machabęum Iudęorum libertatem annis octo; *alioqui in vniuersum annis amplius vndecim*

Coss. Q. Pætilius Spurinus.
577 Cn. Cornelius Læuinus
Rex ÆGIPTI idem Ptol. Philometor, ita vt annus octa-

nus

uus Antiochi sit Philometoris duodecimus.

De Antiocho Epiphane sic narrat Scriptura sacra primi Machabęorum primo capite: *Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi Regis, qui fuerat Romæ obses, & regnauit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum.* Et nonnullis interiectis. *Et paratũ est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægipti vt regnaret super duo regna. Et constituit bellum aduersus Ptolomæum Regem Ægipti, & veritus est Ptolomæus a facie eius & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægipti, & accepit spolia terræ Ægipti. Et conuertit Antiochus, postquam percussit Ægiptũ in centesimo & quadrages. & tertio anno; & ascendit Hierosolymam in multitudine graui. Et intrauit in sanctificationẽ cum superbia, & accepit altare aureum & candelabrũ luminis, & vniuersa vasa eius. Et fecit cædem hominum, & loquutus est in superbia magna, & factus est planctus magnus in Israël.* Hæc ibi. *De qua ipsius crudelitate in Iudæos qui plenius nosse velit, consulat illos ipsos libros Machabæorũ.*

D. Hieronymus in caput octauum Danielis videtur Epiphanem hunc vocare filium Seleuci, quod & secutus est Cedrenus. Sed ex verbis Scripturæ sacræ iam positis constat eũ fuisse filium Antiochi Magni. Imò & ipse Hieron. in caput vndecimum eiusdem Danielis, manifestè eum vocat fratrem Seleuci & filium Antiochi. Idem & Appianus testatur.

Porrò de bello quod is gessit contra Ægiptum, Iosephus lib. duodecimo capite sexto, & eum secutus Eusebius sic narrant, quasi vnicum tantum fuisset bellum & non interruptum. Sed ex secundi Machabæorum capite quinto constat fuisse duas distinctas expeditiones, & idẽ etiam certo certius est ex Liuio lib. 44. & 45. De causa prioris belli seu expeditionis sic loquitur Liuius lib. 45. *Maiore, inquit, Ptolomæo regnum quæri suis viribus simulabat.* Sic Liuius. *Scilicet Ptolomæo Philometori pulsò a fratre minori seditione primatum (sicut & indicatur secundi Machabæorũ quarto) ipse Antiochus vtpote auunculus ipsius, volebat videri patrocinari. Atque hoc est bellũ primum. Cuius cum apud Liuiũ Strabonem & alios (vt in libros Machabæorum quoque annotauit Serarius) nullum sit certum tempus, nos propter verba iam citata ex primi Machabæorum primo capite de anno regni græcorum centes. quadrages. tertio, referimus illud ad Annos Vrbis quingentes. septuages. nonum, octuagesimũ, & octuagesimum primum, vt mox cum eodem Serario clarius explicabimus.*

Eusebius statim anno quarto

*Antiochi, hoc est Olympiadis centes. quinquages. secundæ anno primo, qui est Vrbis quingentes. octogesimus, ponit Antiochum recessisse de Ægipto ex precepto Senatus Romani, & sic in Iudaam venisse. Verum illud videlicet de Legato Romano Popilio contigit demum sexennio post, vt ad Annum Vrbis quingentes. octuages. sextum ex Liuio docebimus; hoc verò quod Antiochus venit in Iudaam in furore multo anno centesimo quadrages. tertio regni græcorum postquam percusserat Ægiptum (*vt iam dictum est ex primi Machabæorum primo capite*) non de posteriori eius expeditione in Ægiptum, in qua eum prohibuit Popilius Legatus Romanus (quod voluit Eusebius & alij eum sequuti) sed de priori intelligendum est. Verum quidem est, quod in prima expeditione (*vt narratur secundi Machabæorum capite quarto*) cum magna gratulatione Antiochus Hierosolymam sit receptus, sed illud nimirum cum versus Ægiptum proficisceretur. At verò postquam per triennium ferè (vt rectè colligit Serarius) totam Ægiptum excepta Alexandria subiugasset, tunc quoque in Iudaos suam seuitiam euomuit; & hoc est quod narratur capite illo primo libri primi. Atque hac de præcipuis eius rebus gestis; de morte autem impij hominis dicetur suo loco.*

HEBDOM. *Danielis XLII.*

578 Q. Mutius Scæuula, M. Æmilius Lepidus

579 Sp. Postumius Paululus, Q. Mucius Scæuula

152 | 580 L. Postumius Albinus, M. Popilius Lænas

581 C. Popilius Lænas, P. Ælius Ligus

582 P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus

Hic est annus centes. quadrages. tertius regni græcorum, de quo primi Machabæorum primo capite, in quo impius Antiochus ascendit Hierosolymam & fecit cædem magnam, postquam præcedenti triennio percussit Ægiptum, vt paulo ante pluribus a nobis explicatū est.

583 C. Hostilius Mancinus, C. Atilius Serranus

584 Q. Martius Philippus II., Q. Seruilius Cæpio

153 | *Hoc anno profanatū est* TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM *1. Machab. 1. & apud Iosephū lib. duodecimo cap. vndecimo.* Et hac occasione.

MATTHATIAS *pater Iudæ Machabæi sumptis armis zelatus est legem Dei. Præfuit annum non integrum, succedente sibi filio*

IVDA *Machabaeo, vt anno sequenti dicetur.*

Atque ex hoc loco iam per annos DVCVM IVDAICI *Populi, vsque ad subiugatam a Romanis Iudaeam, praecipuam seriem nostram contexemus, annis Regum Syriae & Aegipti infra adscriptis; nempe, quia multo certior & conformior Romanis Fastis est illa supputatio, vt anno sequeti, & pluribus locis ostendemus.*

Moritur Matthatias pater Iudae Machabaei anno centes. quadragesimo sexto regni graecorum, vt est primi Machabaeorum secundo.

I *VDAS MACHABAEVS* primus, seu secundum alios, secundus IVDAEORVM DVX excussa tyrannide impij Antiochi. Praefuit annis ferè sex.

Nempe mortuus est, vt narratur primi Machab. cap. nono, anno centes. quinquages. secundo regni graecorum, mense primo.

HEBDOM. *Danielis XLIII.*

585 *Coss.* L. Aemilius Paulus II. C. Licinius Crassus

Rex SYRIAE idē Antiochus Epiphanes *seu Illustris* adhuc annis tribus. Inde ANTIOCHVS EVPATOR annis duobus. Demum DEMETRIVS Seleuci filius anno vno ex nouem.

Rex AEGIPTI idē Ptol. Philometor, ita vt annus Iudae vltimus sit Philometoris decimus octauus.

Iustinus libro triges. quinto vocat Demetrium fratrem Antiochi, quem & sequutus videtur Carion, sed perperā. Nam primi Machabaeorū septimo aperte vocatur filius Seleuci, atque ita etiam eum vocat Polybius lib. tertio ante medium.

Quod ad caetera attinet, Eusebij Chronicon hic & deinceps tam diuersum abit ab historia sacra Machabaeorum, vt nesciam quid primū notem. Non ago nunc tantum de numeris qui sunt in libris Machabaeorum (nam dici posset eos facile corrumpi) sed cogor dicere, etiam in ipsis rebus gestis sacrae historiae manifestissimè repugnat.

Primum ponit Eusebius Antiochum Epiphanem esse mortuum vix suscepto a Iuda Machabaeo Ducatu. Sed manifestum est ex primi Machabaeorum capite tertio, post duos cōflictus Iudae adhuc Antiochū hūc Epiphanem patrem Eupatoris superfuisse, & in Persidē ad colligendas pecunias profectū; imò post alias plures pugnas, quae capitibus sequentibus narrātur, intellectis varijs suorum cladibus redeuntē ex Perside in Babylonem demum esse mortuum, vt capite sexto narratur.

Similiter eodem libro primo, capite vndecimo narratur memorabili historia (quam & Iosephus libr. decimo tertio Antiq. capite octauo confirmat) Ptolomaeum Regem Aegipti mox tertio die post allatum sibi

caput Alexandri Regis Syriæ mortem obijsse. Et ecce Eusebius, parui faciens, vt videtur, historiam Machabaorum, nempe homo testimonio D. Hieronymi ad Ctesiphontem Arriana hæresi infectus (vt in Præfatione & sub Romulo pluribus annotauimus) nimiumque confisus historiæ profanæ huius temporis, quæ quoad annos Regum confusa est (& ideò a Iosepho, vt puto, etiã magna ex parte prætermittuntur) ponit mortem vnius Ptolomæi annis quatuor ante mortem Alexandri, & mortem sequentis annis viginti quinque pòst.

Quare deinceps potiùs, vt diximus, per Duces Iudaicos præcipuã temporum seriem prosequemur, Iosephum & Fastos Romanos sequẽtes, simulque quam rectè illi & inter se & cum sacra Machabaorum historia conueniant, ostendemus.

Hoc anno Vrbis quingentes. octuages. quinto Coss. vt dictum est, L. Æmilio Paulo II. *& C. Licinio Crasso,* PERSEVS *Rex Macedonum a Romanis victus est.* Liuius.

Q. Ælius Pætus
586 M. Iunius Pennus

ANTIOCHVS *Epiphanes desistit bello, quod secundo contra Regnum Ægipti mouerat, territus legatione* POPILLI *Romani: Nempe anno altero a deuicto Perseo Rege Macedonum, vt Liuius distinctè annotat.*

C. Sulpitius Gallus.
587 M Claudius Marcellus

Perijt impius EPIPHANES *morte qua dignus erat, ita vt de corpore eius* (inquit Scriptura secundi Machabæorum capite nono) *vermes scaturirent, odore etiã illius & fœtore exercitus grauaretur; sic mori incipiens (vt ibidem narratur) peregrè in montibus, scilicet ex Perside in Babylonem rediens, demum in ipsa Babylone* vt est primi Machab. capite sexto, *tam horrendo fato absumitur, anno, vt est ibidem, regni græcorum centesimo quadragesimo nono.*

Ponitur quidem secundi Machabæorum capite vndecimo Epistola filij eius Eupatoris inscripta post mortem patris anno regni græcorum centes. quadrages. octauo. Sed *sciẽdum est* (ait Serarius) *quod annus Iudaicus, quo vsus est Auctor libri primi Machabæorum sex mensibus præuertat, id est prius incipiat quam annus ciuitatis Antiochenæ quo vsus est Rex in suis literis. De quo qui plura velit, videat ipsum Serarium in Commentario folio* 681. *Atque hæc de morte Epiphanis. De quo quomodo nõ agatur secundi Machab. capite primo, sed de Antiocho Sedete, vide infrà ad annum Vrbis sexcentes. viges. secundum.*

ANTIOCHVS EVPATOR Syriæ Rex filius Epiphanis regnat annos duos

154

588 *Coß.* T. Manlius Torquatus
Cn. Octauius

589 A. Manlius Torquatus
Q. Caßius Longinus

DEMETRIVS filius Seleuci Rex Syriæ, Regnat an. nouē.

590 *Coß.* T. Sēpronius Gracchus
M. Iuuentius Thalua

Gloriosè occumbit in prælio Iudas Machabæus anno regni græcorum cætes. quinquagesimo secundo, mense primo. 1. Machabæorum capite nono.

IONATHAS frater Iudæ, III. *IVDAEORVM Dux*
Præest annis octodecim.

591 *Coß.* P. Scipio Nasica
C. Martius Figulus

Rex SYRIÆ idem Demetrius Seleuci annis octo postremis. Hinc ALEXANDER filius Antiochi annis septem. Postea DEMETRIVS filius Demetrij annis tribus ex sex, *antequam caperetur a Parthis*, & nihilominus eius aduersarius ANTIOCHVS filius Alexandri, & Dux eius TRYPHON, *vt est primi Machabæorum vndecimo.*

Rex ÆGIPTI idem Ptolomęus Philometor annis quindecim postremis. Inde PTOL. PHYSCON qui & Euergetes, frater Philometoris; annis tribus ex viginti quatuor.

Eusebius hic rursum longissimè discedit. Nā ponit duos distinctos esse Euergetem & Physconem; & Euergetem quidem regnasse annis viginti nouē, Physconem vero annis septemdecim. Sed vnum & eundem esse Physconem & Euergetem Strabo testis est lib. 17. vt & Serarius annotauit vltimo capite sui Commentarij in Machabæos. Vide quoque Iosephum lib. duodecimo capite quinto. Atque hic est Ptol. Physcon, de cuius crudelitate & barbarie narrat Iustinus libro triges. octauo post medium, & de eius morte libro sequenti.

HEBDOM. *Danielis XLIIII.*

155

592 M. Valerius Messala
C. Fannius Strabo

593 L. Anicius Gallus
M. Cornelius Cethegus

594 Cn. Cornelius Dolabella
M. Fuluius Nobilior

595 M. Æmilius Lepidus
C. Popilius Lęnas II.

156

596 Sext. Iulius Cæsar
L. Aurelius Orestes

597 L. Cornelius Lentulus
C. Martius Figulus II.

598 P. Cornelius Nasica
M. Claudius Marcellus II.

Alexander *filius Antiochi qui cognominatus est Illustris seu Nobilis, occupat Ptolemäidam, & regnat illic anno centes. sexagesimo regni gracorum. Ita primi Machab. decimo*

Regnat annis septem

Hebdom. *Danielis XLV.*

Coss. Q. Opimius

599 L. Posthumius Albinus

Q. Fuluius Nobilior

600 T. Annius Luscus

357 *Cœptum bellum* Nvmantivm *in Hispanijs hoc anno. Romani multo dedecore se diu fatigantes, tandem Anno Vrbis sexcētes. decimo nono, auspicijs Scipionis Africani posterioris Numantiam euertunt.*

M. Claudius Marcellus III.

601 L. Valerius Flaccus

Victo Demetrio ab Alexandro, Rex Ægipti Ptolomæus dat Alexdro filia suam Cleopatram vxorem anno centes. sexages. secundo regni gracorū. Primi Machab. cap. 10.

L. Licinius Lucullus

602 A. Postumius Albinus

T. Quinctius Flaminius

603 M. Acilius Balbus

L. Martius Censorinus

604 M. Manlius

358 Tertivm Pvnicvm *bellum his Coss. cœptum.* Carthago *triennio obsessa, quarto demū anno a* Scipione *Æmiliano capta, flagrauit totos septemdecim dies. Hic est* Scipio Africanvs *posterior.*

Hoc anno etiam, qui est centes. sexages. quintus regni gracorū, Demetrius filius Demetrij venit in terram patrum suorū, vt Scriptura loquitur primi Machabæorum capite decimo, *quādo Alexander Rex contristatus reuersus est Antiochiā, & Ptolomæus quoque Rex Ægipti eius socer* (vt est capite sequenti) *occupauit paulo post magnam partem regni eius.*

Sp. Posthumius Magnus

605 L. Calphur. Piso Cęsonian.

Alexander fugit in Arabiam vt ibi protegeretur, Rex autem Ptolomæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolomæo. Et Rex Ptolomæus mortuus est in die tertia. Verba sunt ex primi Machabæorum vndecimo capite. Et eadē habet Iosephus lib. decimo tertio Antiquit. capite octauo. *Et prorsus id contigit sub finem huius anni cētesimi sexagesimi sexti. Nempe vt est eodem capite immediatè post. Et regnauit Demetrius anno cētes. sexages. septimo, anno scilicet sequenti.*

Atq. hinc patet grauissimus error Eusebij, de quo suprà egimus ad Annū Vrbis quingēt. octog. quintū.

Demetrivs *filius Demetrij*

trij Rex Syriæ. Regnat annis sex antequam caperetur à Parthis, *& cōtra eū nihilominus* ANTIOCHVS *filius Alexandri, & dux eius* TRYPHON *1. Machab. 11.*

PTOL. PHYSCON, *idem qui & EVERGETES, (vt ad Annū Vrbis quingetes. nonages. primum ostensum est)* Regnat in Ægipto an. viginti quatuor.

HEBDOM. *Danielis XLVI.*

606 *Coss.* P. Scip. Afric. Æmilian' C. Liuius Drusus

607 Cn. Cornelius Lentulus L. Mūmi', pòst Achaic' dict'

Mummius, deuicta & deleta CORINTHO *Metropoli* ACHAIÆ, *triumphat.*

608 *Coss.* F. Fabi' Max Æmilian' L. Hostilius Mancinns

159 *Capitur Ionathas dolo Tryphonis, & paulo pòst occiditur anno cētesimo septuages. regni græcorum, vt est 1. Machab. 13.*

SIMON frater Iudæ & Ionathæ IV. Dux IVDAEORVM. Præest annis octo.

609 *Coss.* Seru. Sulpitius Galba L. Aurelius Cotta

Rex SYRIÆ idē Demetrius annis tribus vltimis antequā caperetur à Parthis. Hinc TRYPHON Tyrannus annis ferè duobus. Demū ANTIOCHVS Sedetes, *qui & Soter & Pius,* frater Demetrij proximè præcedentis & filius Demetrij superioris annis tribus ex nouem.

Rex ÆGIPTI idem Ptol. Physcon, ita vt annus Simonis vltimus sit Physconis vndecimus ex viginti quatuor.

Hoc anno centesimo septuagesimo regni græcorum (ait Scriptura primi Mach. cap. decimo tertio) *ablatum est iugum gentiū ab Israël Et cœpit populus Israël scribere in Tabulis & gestis publicis,* ANNO PRIMO *sub* SIMONE *summo Sacerdote.*

610 App. Claudius Pulcher Q. Cęcil. Merell' Macedonic'

611 L. Metellus Caluus Q. Fabius Max. Seruilianus

Capitur Demetrius a Parthis, nempe (vt est primi Mach. decimo tertio cap.) anno centes. septuagesimo secundo regni græcorum.

Porrò hic L. Metellus est Lucius Cōsul Romanus, de quo primi Machab. decimo quinto. Recensetur quidem ibi Rescriptū illud post annum regni græcorū centesimū septuages. quartū. Sed verisimiliter tū primū Legati domum redierunt, occupati tantisper tum alijs, tum deferendis literis ad tam diuersos populos & Reges quorum ibi mentio est, vt nō opus sit suspicari (quod facit Serarius) Lucium positum esse pro Lepido vel aliquid simile.

TRYPHON *Tyrannus* Regnat in Syria annis ferè duobus.

612 *Coss.* Cn. Seruilius Cæpio
Q. Pompeius

160

HEBDOM. *Danielis. XLVII.*

613 C. Lælius Sapiens
Q. Seruilius Cæpio

Antiochus Sedetes, qui & Soter & Pius, filius Demetrij superioris, & frater proximè præcedentis, venit in terram patrum suorum (vt Scriptura sacra verbis vtar) hoc anno centes. septuages. quarto regni græcorum exeunte (1. Machab. decimo quinto) quãdo & fugit TRYPHON.

Itaque ANTIOCHVS SEDETES *qui & Soter Rex Syriæ.*

Regnat annis nouem

614 *Coss* Cn. Calphurnius Piso
M. Popilius Lęnas

615 P Scipio Nasica Serapio
Decius Iunius Brutus

616 M. Æmilius Lepid' Porcina
C. Hostilius Mancinus

161 *Perit Simon Dux Iudæorum dolo cuiusdam Ptolomai Abobi anno centes. septuages. septimo regni græcorũ mẽse vndecimo, vt est primi Machabæorũ capite decimo sexto.*

IOANNES HIRCANVS *filius Simonis V. Dux* IVDAEORVM. Præest magna cum laude annis triginta & vno. *Vide Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 18.*

617 *Coss.* P. Furius Philus
Sext. Acilius Serranus

Rex SYRIÆ idem Antiochus Soter seu Sedetes annis sex postremis. Inde iterum DEMETRIVS (*a Parthis pridẽ dimissus*) annis quatuor. Posteà TVMVLTVANTVR inter se ALEXANDER ZEBINA *subornatus filius vel nepos Antiochi Sedetis,* & ANTIOCHVS GRYPHVS filius Demetrij annis circiter duobus Demũ ANTIOCHVS GRYPHVS & ANTIOCHVS CYZICENVS annis nouemdecim ex viginti septem.

Nota, Gryphus fuit filius Demetrij, & Cyzicenus filius Antiochi Soteris, & tamen fratres, scilicet ex eadem matre Cleopatra, teste Iosepho lib. decimo tertio Antiq. capite decimo septimo.

In ÆGIPTO regnat idem Ptolomęus Physcõ annis tredecim vltimis ex viginti quatuor. Hinc CLEOPATRA vxor Physconis cum filio Ptol. LATHVRO annis circiter quatuor. Posteà (*expulso Lathuro, inuita tamen matre in Cypro regnante*) eadem Cleopatra cum filio suo iuniore ALEXANDRO annis quatuordecim ex viginti sex. Vide singula suis locis confirmata.

618 Ser. Fuluius Flaccus
C. Calphurnius Piso

619 P. Scipio Africanus Æmilianns II.
C. Fuluius Flaccus

HEBDOM. *Danielis XLVIII.*

620 P. Mutius Scæuola
L. Calphurnius Piso Frugi

162 ATTALVS *filius Eumenis Rex Pergamenorum multa Asiæ oppida Populo Romano testamento relinquit.*

621 P. Popilius Lænas
P. Rupilius

622 P. Licinius Crassus Mutian*
L. Valerius Flaccus

Occiditur Antiochus Sedetes apud Parthos, teste Iosepho libro decimo tertio capite decimo sexto, Iustino lib. trigesimo nono & alijs. Atque adeò hic est Antiochus adulatione suorum Pius cognominatus, qui secundi Machabæorum capite primo, in Perside (generaliter nomine Persidis accepto) occisus narratur, tametsi circunstantia illa cædis ab alijs æquè expressa non sit.

Nempe occisus est, vt videmus, anno centes. octuages. tertio regni græcorũ, de quo deinde anno octuages. octauo epistola illa conscripta est. Vide etiam prolixè, si placet, in Commentario Serarij fol.790.

DEMETRIVS *pridem a Parthis dimissus, teste eodem Iosepho,* Regnat iterum annos quatuor.

623 *Coss.* C. Claudius Pulcher
M. Perpenna Nepos

624 C. Sempronius Tuditanus
163 M. Aquilius

625 Cn. Octauius
T. Annius Luscus

626 C. Cassius Longinus
L. Cornelius Cinna

Demetrius Syriæ Rex inuisus tam Syris quam militibus, ait Iosephus lib. decimo tertio cap. decimo septimo, pellitur, & non multo pòst trucidatur.

ALEXANDER ZEBINA & ANTIOCHVS GRYPHVS *filius Demetrij digladiantur de Syria,* annis circiter duobus.

HEBDOM. *Danielis XLIX.*

627 *Coss.* M. Aimilius Lepidus
L. Orestes

628 M. Plautius Hypsæus
M. Fuluius Flaccus

164 *Zebina ingratus in Phisconem qui eum promouerat, a Grypho adiuto ope eiusdem Physconis, regno exuitur. Iustinus libro trigesimo nono, item Iosephus vbi suprà.*

TVMVLTVANTVR *in* SYRIA GRYPHVS & CYZICENVS annis viginti septem *Iustinus iam dicto libro trige-*

ſimo nono dicit Gryphum expulſo Zebina annis octo quietem habuiſſe, ſed hoc intellige, ita vt à Cyziceno non admodum preſſus fuerit, de quo infrà ad Annum Vrbis ſexcenteſ. trigeſ. ſextum. Alioqui iam tum anno Vrbis ſexcenteſ. trigeſimo ſecundo Cyzicenum fuiſſe in armis, vide ibi ex Ioſepho annotatum.

Coſ. C. Caſſius Longinus
629 Caius Sextius Caluinus

Moritur Ptol. Phyſcon Rex Ægipti

CLEOPATRA *vxor Phyſconis Regina Ægipti cũ filio* PTOL. LATHVRO. Regnat annis circiter quatuor

Coſ. Q. Cæcilius Metellus,
630 Balearicus poſteà dictus
T. Quinctius Flaminius.

De calamitoſiſſimo huius tẽporis ſtatu ſic breuiter & eleganter Iuſtinus libro trigeſ. nono. *Inter has*, inquit, *regni Syriæ parricidiales diſcordias, moritur Rex Ægipti Ptolomæus, regno Ægipti vxori & alteri filio, quem illa legiſſet, relicto: Quæ cum pronior in minorem filium eſſet, à populo compellitur maiorem eligere. Sed priuſquam regnum daret, vxorem ademit, compulſumque repudiare chariſſimam ſibi ſororem Cleopatram, minorem ſororem Seleucẽ (proh pudor) ducere iubet, Cleopatra vero Cyziceno in Syria nubit, eiq; ne nudũ nomẽ vxoris afferret, exercitum Cypri ſollicitatum velut dotalem ad maritum deducit. Par igitur viribus iam factus Cyzicenus prælium committit, ac victus in fugam conuertitur, & Antiochiam venit. Tunc Antiochiam Gryphus obſidere cœpit.* Hæc Iuſtinus. *Reliqua ſuis locis*

Cn. Domitius Ænobarbus
631 C. Fannius

L. Opimius
632 Q. Fabius Maximus Allobrogicus poſteà dictus

165 *Ioannes* HIRCANVS *Iudæorum Dux ob Gryphi & Cyziceni diſſenſiones alta pace fruens Samariam poſt annuã obſidionem capit & diruit, fruſtrà adiuuante Samaritas Cyziceno & Ptolomæo Lathuro iam tũc incipiente diſſentire a matre.* Ioſephus libro decimo tertio Antiquit. cap. decimo octauo; *imò & Euſebius hoc loco; vt prorſus ſuî immemor ponat annis quinque poſteà ingreſſum Ptol. Phyſconis, qui iam annis tribus, vt videmus, eſt mortuus. Vnde non immeritò in margine Euſebij tum ibi, tum infrà ad Olympiadem centeſ. ſeptuageſimam, iam dudum velut correctoria adiecta ſunt; quæ, qui volet, ibidem legat.*

P. Manlius
633 C. Papyrius Balbus

Eadem CLEOPATRA *ex-*

pulſo

pulso Lathuro, cum filio minore natu PTOL. ALEXANDRO an. circiter viginti sex.

Lathuro nihilominus, inuita matre, in Cypro regnante. Ioseph. & Iustinus locis citatis.

HEBDOM. *Danielis L.*

634 *Coss.* L. Cæcilius Metellus
L. Aurelius Cotta

635 M. Porcius Cato Nepos
Q. Martius Rex

636 L. Cæcilius Metellus Dalmaticus
166 Q. Mutius Scæuola

ANTIOCHVS CYZICENVS, *Grypho eiecto*, SYRIAM *obtinet, ac rursũ* GRYPHVS *superato Cyziceno eandem recipit. Ita successione regnabant aduersum se inuicem dimicantes. Ita Eusebius anno secundo Olympiadis centes. sexagesima sexta. Quomodo tamen etiam deinde multis annis arma non deposuerint, modo hic victor, modo ille, ex Iustino iam dicto libro trigesimo nono & alijs manifestissimum est.*

637 *Coss.* C Licinius Geta
Q. Fabius Maximus

638 M. Aimilius Scaurus
M. Cæcilius Metellus

639 M. Acilius Balbus
C. Porcius Cato

640 C. Cęcili⁹ Metell⁹ Caprari⁹
167 Cn. Papyrius Carbo

HEBDOM. *Danielis LI.*

641 M. Liuius Drusus
L. Piso Cæsonianus

CIMBRI, TEVTONES & TIGVRINI *magnis cladibus per annos decem & amplius Italiã circa Alpes fatigãt. Tandẽ a* MARIO *potissimũ vincuntur, cæsis vna die centũ quadraginta millibus Anno Vrbis sexcentesimo quinquages. secundo.*

642 P. Scipio Nasica
L. Calphurnius Bestia

Bellum cõtra IVGVRTHAM *hoc anno susceptum. Hic Numidiæ regnum scelere inuadens, inde largitionibus possidens, post bellũ septẽ annorũ a* MARIO *in triumphum ducitur Anno Vrbis sexcẽtes. quadragesimo nono.*

643 M. Minutius Rufus
Sp. Postumius Albinus

644 Q. Cæcilius Metellus
168 M. Iunius Silanus

645 Seru. Sulpitius Galba
M. Æmili⁹ Scaur⁹ Hortẽsi⁹

646 L. Cassius Longinus
C. Marius

647 C. Attilius Serranus
Q. Seruilius Cæpio

Moritur HIRCANVS *Dux*

Iudæo-

Iudæorum, elapsis (vt Iosephus libro decimo tertio capite decimo octauo loquitur) vno & triginta imperij eius annis, tribus maximis a Deo habitus dignus honoribus, Principatu gentis, Pontificatu, & Prophetia.

ARISTOBVLVS filius Hircani primus iterum IVDAEORVM Rex. Præest tantū anno vno.

HEBDOM. *Danielis LII.*

648 *Coss.* P. Rutilius Rufus
C. Manilius

169 In SYRIA tumultuantur ijdē Antiochus Gryphus & Cyzicenus. Est hic annus eorum vigesimus ex viginti septem.

In ÆGIPTO item eadem Cleopatra cum filio Alexandro. Est hic annus eorum decimus quintus ex viginti sex.

De ARISTOBVLO ista cōmemorat Iosephus lib. decimo tertio cap. decimo nono: DIADEMA *sibi primus post captiuitatem babylonicam imposuit, eoq; crudelitatis processit, vt matrem fame necaret in vinculis, post matrē quoque Antigonū fratrem interficeret. Mortuus est autem vno tantū anno exacto in regno, illato bello Ituraea, magnaque eius parte attributa ad Iudea limites. Hac Iosephus.*

ALEXANDER CRVDELIS, frater Aristobuli II. *iterū Rex IVDAEORVM.* Regnat ann. viginti septem. *Iosephus lib. 13. Antiq. cap. viges. tertio.*

Huius res gestæ paucis comprehendi non possunt. Qui eas scire desiderat bellica laude insignes, sed crudelitate fœdas, legat iam dicto libro decimo tertio apud Iosephum a capite vigesimo vsque ad vigesimum quartum. Inter alia crudeliter ab eo patrata, epulans (vt est capite viges. secundo) excelsiore loco vnde prospectus patebat, ad octingentos iussit suffigi crucibus, & in conspectu adhuc viuentium iugulauit vxores eorum & liberos.

649 *Coss.* C. Marius II.
C. Flauius Fimbria

In SYRIA tumultuantur ijdem Antiochus Gryphus & Cyzicenus annis septem postremis. Hinc CYZICENVS, & SELEVCVS filius Gryphi. Posteà Antiochus EVSEBES filius Cyziceni, & ANTIOCHVS, PHILIPPVS, & DEMETRIVS Eucærus fratres Seleuci. Deinde PHILIPPVS, Demetrius & Antiochus cognomine DIONYSIVS. Demum solus PHILIPPVS. *Et de his omnibus narrat Iosephus libro decimo tertio capite vigesimo primo, secundo & tertio.*

Sed quot annis posteriores illi singuli aut regnauerint aut tumultuati sint nondum potui statuere. Tantisper damus eis simul an-

nos reliquos viginti Alexandri. *Nam & Iosephus simul cum Alexandro omnem memoriam eorum finit, & mox in Alexandra Alexandri vxore narrat de Selene in Syria regnante, & Tigrane eam inuadente, vt mox suo loco pleniùs explicabimus.*

In ÆGIPTO regnat eadem Cleopatra cum filio Alexandro annis vndecim postremis. Deinde, *ea interfecta ab Alexandro, & ipso a populo pulso (vt Iustinus libro triges. nono pluribus narrat)* rursum PTOL. LATHVRVS annis octo. Demũ PTOL. AVLETES annis octo & triginta.

650 C.Marius III.
L.Aurelius Orestes

651 C.Marius IV.
M.Aquilius

170 652 C.Marius V.
Q.Luctatius Catulus

653 C.Marius VI.
L.Valerius Flaccus

654 M.Antonius
A.Postumius Albinus

HEBDOM. *Danielis LIII.*

655 Q.Cæcilius Metellus
T.Didius Viuius

Occiditur Antiochus Gryphus anno regni vigesimo nono, teste Iosepho libro decimo tertio capite vigesimo primo inter præcipuas turbas Ptolomæi Lathuri & matris.

TVMVLTVANTVR deinde in SYRIA varij (*de quibus paulo ante ad Annum Vrbis sexcentes. quadragesimum nonum*) *vnus post alium*, an vniuersum circiter annis viginti.

656 *Coß.* Cn.Cornelius Lentulus Clodianus
171 P.Licinius Crassus

657 Cn.Domitius Ænobarbus
C.Cassius Longinus

658 L.Licinius Crassus
Q Mutius Scæuola

659 Q Cęlius Caldus
L.Domitius Ænobarbus

Hoc anno MITHRADATES *Rex Ponti, pulso Ariobarzane Cappadocum Rege Populi Romani socio, primas belli causas dat. Ac deinde per triginta duos fermè annos varia victoria cum Romanis bellum gerens, tandem a* POMPEIO *victus, voluntariam mortem sibi consciuit M. Tullio Cicerone & C. Antonio Coß. Anno Vrbis sexcentesimo nonagesimo.*

Hoc anno etiam Cleopatra Regina Ægipti ab Alexandro filio, vt dictum est, occiditur, & ipse a populo pellitur.

PTOL. LATHVRVS iterum regnat in Ægipto añ. octo.

660 *Coss.* C. Valerius Flaccus
M. Herennius

172 *De Lathuro (vt & supra diximus) prolixè Iustinus libro trigesimo nono.*

661 C. Claudius Pulcher
M. Perpenna

HEBDOM. *Danielis LIV.*

662 L. Martius Philippus
Sex. Iulius Cæsar

663 L. Iulius Cæsar
P. Rutilius Lupus

664 Cn. Pompeius Strabo
L. Porcius Cato

173

665 L. Cornelius Sylla, *qui postea Felix appellatus est,*
Q. Pompeius Rufus, *in mag. occisus*

Hoc anno excitatur Bellum CIVILE MARIANVM *Nempe* MARIVS *ambitione ardens* SYLLÆ *imperium in Mithradatem per Sulpitium Tribunũ pl. abrogat. Sylla armatus Vrbem inuadit, Marium & ei fauentes expellit.* CINNA *dehinc sequẽti anno Consul Marium exulem reuocat, vterque crudelissimè Senatum lacerat.*

SYLLA *anno quinto ex Asia reuersus, etiam hostium crudelitatẽ superat; septuaginta millia armatorum ciuium interficit, quatuor millia inermium. Insuper proscriptis ad certam necẽ duobus millibus, cum per tres annos* DICTATOR *Perpetuus Remp. grauissimè afflixisset, morbo, vt tradunt, pediculari perijt, annos natus sexaginta, Anno Vrbis sexcentes. septuages quarto.*

666 Cn. Octauius
L. Cornelius Cinna

667 C. Marius VII.
L. Cornelius Cinna II.

PTOL. AVLETES *Rex Ægipti* Regnat annis triginta.

668 *Coss.* L. Cornel. Cinna III.
Cn. Papyrius Carbo

174

HEBDOM. *Danielis LV.*

669 L. Cornelius Cinna IV.
Cn. Papyrius Carbo II.

670 L. Scipio Asiaticus
C. Norbanus

SYLLA *redit ex Asia, pace Mithridati data, sed qua mox iterum rupta est.*

671 Cn. Papyrius Carbo III.
C. Marius VIII.
Vterq; in Magistratu occisus.

672 M. Tullius Decula
Cn. Cornelius Dolabella

175

673 L. Cornel. Sylla Felix II.
Q. Metellus Pius

674 P. Seruilius Vatia Isauricus
App. Claudius Pulcher

M. Æmi-

M. Æmilius Lepidus
675 Q. Luctatius Catulus
Perit impius Alexander Rex Iudæorum morbo ex temulentia cõtracto, & triennio integro quartana laborans. Ioseph. lib. 13. cap. 23.

ALEXANDRA *vxor Alexandri Crudelis.* Præest IVDÆIS annis nouem.

Hircano filio Pontificatu tantũ assignato. Auctor Iosephus libro decimo tertio capite vigeſ. quarto

HEBDOM. *Danielis LVI.*

676 Coſſ. M. Æmilius Mamerc^9 D. Brutus

176 In SYRIA regnat Regina quædam SELENE aliàs CLEOPATRA, *teste Iosepho loco citato*, vt videtur vidua Philippi superioris, annum circiter vnũ. Inde TIGRANES Rex Armeniæ per vim annis octo ex quatuordecim.

Iustinus quidem libro quadragesimo dicit eum tenuisse Syriam annis octodecim. Sed error est in numeris. Nam Iosephus dicto libro decimo tertio cap. vigeſ. quarto apertè testatur eum non nisi sub initium regni Alexandræ Syriam inuasisse, & de fine annorum constat ex omnibus Historicis Romanis, eũ Anno Vrbis sexcenteſ. nonagesimo à Pompeio fuisse victum.

Sed ecce Eusebius è contrà nullam facit mentionem Tigranis, sed post Philippum statim ponit Syriam à Romanis subactam. Verum prater Iustinum iam citatum sic etiam clarè loquitur Eutropius de Mithradate agens ad Annum Vrbis sexcenteſ. octogeſ. primum. Susceptus tamen est Mithridates post fugam à TIGRANE Armeniæ Rege, qui tum ingenti gloria imperabat, Persas sępè vicerat, Mesopotamiã occupauerat & SYRIAM & Phœnicis partẽ. *Sic illi; vt plusquã mirũ sit quomodo Eusebius ita Tigranem, eiusque tot annos in vniuersum prateterit.*

In ÆGIPTO regnat idem Ptol. Auletes, ita vt annus vltimus Alexandrę sit Auletis decimus septimus ex triginta.

TIGRANES per vim tenet SYRIAM an. quatuordecim.

Vide annotata paulo antè

677 Coſſ. Cn. Octauius C. Scribonius^9 Curio

678 C. Aurelius Cotta L. Octauius

679 L. Licinius Lucullus M. Aurelius Cotta

680 C. Cassius Longinus M. Terẽtius Varro Lucull^9

177 *Tigranes capta Ptolomaida cogitur domum redire in Armeniam propter Lucullum Romanum Ducem. Iosephus lib. 13. capite vigeſ. quarto. Nempe hoc anno, fugato ad Cyzicũ Mithradate, & fugiente in Iberiã, Lucullus inuasit Armeniã.*

681 L.Gellius
Cn.Cornelius Lentulus

682 Cn.Cornel. Lentulus Sura
Cn.Aufidius Oreſtes

HEBDOM. *Danielis LVII.*
683 Cn.Pompeius Magnus
M.Licinius Craſſus

178 684 Q.Hortenſius
Q.Cæcilius Metellus

HIRCANUS & ARISTOBULUS filij Alexandræ, mortua matre, primum inter ſe diſſident, Q. Hortenſio & Metello Coſſ.(vt Ioſephus loquitur libro decimo quarto cap. primo) deinde iſto fœdere vtcunque conueniunt, paulo pòſt iterum cruentè digladiantur.

TUMULTUANTUR vſque ad deuictam à Pompeio Hieroſolymam annis ſex.

685 *Coſſ.*L.Cacili⁹ Metell⁹ Creticus *in Mag. mortuus.*
Q Martius Rex

In SYRIA idem Tigranes annis ſex vltimis

In ÆGIPTO idem Ptol.Auletes ita vt annus vltimus huius tumultus ſit Auletis vigeſimus tertius.

686 C.Calphurnius Piſo
M.Acilius Glabrio

687 M.Aimilius Lepidus
L.Volcatius Tullus

P.Cornelius Sulla & P. Antronius Patus. Sed hi poſtquam deſignati fuerunt, ambitus damnati ſunt, creatique ſunt in eorum locum
688 L.Aurelius Cotta
L.Manlius Torquatus

179 689 L.Iulius Cæſar
C.Martius Figulus

HEBDOM. *Danielis LVIII.*
M.Tullius CICERO
690 C.Antonius

Hoc anno ſexenteſ. nonageſimo Cn. POMPEIUS *ſuperatis* MITHRADATE *Rege Ponti, &* TIGRANE *Rege Armeniæ inuaſore* SYRIÆ *eius genero, rebelles Aſiæ reliquias perſequens,* vt verbis Flori vtar, *etiam* HIEROSOLYMA *capit, & diſſidentibus de regno fratribus, arbiter factus, regnare iuſſit* HIRCANUM, *Ariſtobulo, quia renuebat eam rem, catenas dedit, & in triumphum Romam duxit.* Hæc Florus.

Sic & Ioſephus libro decimo quarto capite octauo: *Etenim,* inquit, *capto templo, tertio demum menſe, C. Antonio, M Tullio Cicerone Coſſ. hoſtis irrumpens iugulabat omnes obuios.* Hęc illi.

Hîc ergo IUDÆA facta ROMANIS vectigalis.

Euſebius a ſubactis Iudæis per Pompeium vſque ad principium dominationis Iulij Cæſaris numerat annos nouemdecim. Atqui certo

tertius est ab his Consulibus vsque ad Caesaris dominationem tantum intercurrisse annos quindecim. Qui cum apertus & grauis sit error, non mirum quod secum plures traxerit. Horum quosdam suis locis annotauimus, reliquos iam quiuis per se, vt puto, non difficulter aduertet, & secundum seriem a nobis positam corriget.

Habetur quidem iterum seu secundo apud eundem Eusebium annis quatuor postea; (Pópeius captis Hierosolymis tributarios Iudaeos facit:) *Sed sine dubio ab aliquo additum est. Nam semel tantum a Pompeio tunc Iudaeos victos esse, nemo qui vel a limine historiã Romanam salutauerit, ignorare potest, & quidem his ipsis Coss.* Vnde & Iosephus dicto loco ita subiungit: *Nam tum* PRIMVM *libertatem amisimus subiecti* ROMANORVM *Imperio.* En ipsa verba Iosephi.

H I *RCANVS IV. post captiuitatem Babylonicam Rex IVDAEORVM beneficio Pópei.* Praeest adhuc annis viginti duobus.

Iosephus quidem libro decimo quinto, capite nono, dicit eum receptis honoribus omnibus quadraginta annos in eis exegisse. Sed aut intelligitur de honore summi Pontificatus (Scilicet illo functus est etiam nouem annis sub matre & sex annis ante Pompeium) aut si omnino vrgetur quod dicitur (receptis omnibus honoribus) error librarij est in numero; neque enim alios numeros quam a nobis positos credo aut Iosephus ipse aut Fasti Consulares, aut series rerum gestarum admittunt.

691 *Coss.* D. Iunius Sillanus
L. Licinius Muraena

SYRIA in prouinciam à Romanis an. superiori redacta.

In ÆGIPTO regnat idem Ptol. Auletes annis septem vltimis. Hinc PTOL. DIONYSIVS *(qui fuit sub tutela Pompei)* filius Auletis & frater Cleopatrę annis noué. Demũ CLEOPATRA eius soror, *qua & Cleopatra Antonij dicitur,* annis sex ex sedecim.

692 M. Pupius Piso
M. Valerius Messala

180

693 L. Afranius
Q. Cęcilius Metell[9] Celer

694 C. Iulius Caesar
M. Calphurnius Bibulus

695 L. Calphurnius Piso Caesonianus.
A. Gabinius

Bellum GALLICVM *hoc anno coeptum.* C. IVLIVS CAESAR *per nouem annos Galliam varijs praelijs domuit,* GERMANOS *Rheno superato profligauit, in* BRITANNIAM *insulam*

viam aperuit. Scribit Velleius amplius quadraginta millia hostium ab eo cæsa.

696 P. Cornel. Lētul' Spinther
181 Q. Cæcilius Metell' Nepos

HEBDOM. *Danielis LIX.*

697 Cn. Corn. Lētul' Marcellin'
L. Martius Philippus

Moritur Ptol. Auletes Rex Ægipti

PTOL. DIONYSIVS, *(qui aliquando fuit sub tutela Pompei) filius Auletis, & frater Cleopatræ vt dictū est,* Regnat an. nouem.

698 *Coss.* Cn. Pōpeius Magn' II.
M. Licinius Crassus II.

699 L. Domitius Ænobarbus
App. Claudius Pulcher

700 Cn. Domitius Caluinus
182 M. Valerius Messala

701 Cn. Pompeius Magnus III. solus, *nisi quod Q. Cæcilius quinque mensibus extremis*

702 Ser. Sulpitius Rufus
M Claudius Marcellus

703 L. Amilius Paulus
C. Claudius Marcellus

HEBDOM. *Danielis LX.*

704 C. Claudius Marcellus
183 L. Cornelius Lentulus

Hoc anno ineunte susceptum est Bellum CIVILE *inter* CÆSAREM *& generum eius* POMPEIVM. *Belli causa, quia nec Pompeius parem, nec Cæsar ferebat superiorem. Absenti Cæsari imperium Galliæ abrogatur, imò & negatur promissus Consulatus, dissimulante Pompeio.* CÆSAR *itaque armatus in Italiam venit, omnia proterit, Vrbem vacuam, fuga elapso Pompeio totoque ferè Senatu, facile occupat.*

Anno sequenti DICTATOR PERPETVVS *dominationem arripit. Tandem* POMPEIVM *cū suis in Thessalia confidentem in campis Pharsalicis superat.* POMPEIVS *victus ad Ptolomæum Regem Ægipti, cui à Senatu prius Tutor datus fuerat, confugiens, iussu perfidi Regis, antequam in terram conscenderet occisus est pridie Kalend. Octobris anno Vrbis septingentes. sexto.*

CÆSAR *eum insequutus &* ALEXANDRIAM *ingressus, & ipse paulo pòst obsessus est in Regia, putà, quia Cleopatræ partē regni à fratre reposcenti fauebat. Sed incendio proximorum naualium* (quo & insignis illa BIBLIOTHECA PHILADELPHI multorum millium librorum exusta est) *viam aperiens, seu vt alij tradunt, facibus hostem impetens, sic ad suos enatauit.*

Demum ALEXANDRIA *expugnatâ, corpus perfidi Regis*

oper-

opertū limo in lorica aurea repertū est sub finē eiusdē anni septingentes. sexti. Cæsar regnū CLEOPATRÆ integrū concedit. Inde POMPEIANOS in AFRICA & HISPANIA persequēs omnibus superatis redit Romā Anno Vrbis septingentes. octauo mense Octobri.

C. IV LIVS CAESAR Dictator Perpetuus, & prim° ROMANORVM Imperator Imperat an. quatuor mēses duos

Coss. C. Iulius Cęsar II.
705 P. Seruil. Vatia Isauricus

C. Fusius Calenus
706 P. Vatinius

CLEOPATRA soror Ptolomæi Regis Ægipti, cum qua Cæsar (vt verbis Eutropij vtar) consuetudinem stupri habuit; Regnat eius beneficio annis sexdecim.

Coss. C. Iulius Cæsar III.
707 M. Aimilius Lepidus

Et eodē hoc anno (teste Iosepho libro decimo quarto Antiq. cap decimo quinto & decimo septimo) ANTIPATER Idumæus pridē ab Hircano, nūc etiā a Cæsare Procurator Iudææ constitutus HERODI filio suo Galilæam curandam commisit, etiā tū admodū adolescenti, vt Iosephus ibi loquitur, nec excedenti annum quintum decimum.

708 C. Iulius Cæsar IV.
sine Collega

C. Iulius Cæsar V.
709 M. Antonius Nepos

Hoc Anno idibus Martijs IVLIVS CÆSAR à BRVTO & CASSIO Senatoribus viginti tribus vulneribus in Senatu confoditur. Cuius hæreditatem OCTAVIANVS (posteà Augustus dictus) eius per sororis filia pronepos, & ex testamento filius diu frustrà iure poscens, obsistente Antonio, tādem. sed non ante finem anni circa quartum Kalend. Decēbris armis vindicare cœpit, Dione, Appiano & alijs attestantibus. Quod notandū est, putà, vt non hic annus sed sequens (semper annū auspicando more Romano à Kalendis Ianuarijs) sit primus annus Imperij Augusti; qua ratione in Ecclesiasticis Tabulis seu Martyrologio CHRISTVS dicitur natus anno Augusti Cæsaris quadrages. secundo, de quo suo loco etiam plenius.

Cæterum ANTONIVS, agente Cicerone, mox hoc eodem anno hostis patriæ indicatus est. Inde tamē anno sequenti circa 5. Kal. Decemb. TRIVMVIRATVS inter eundem Antonium, Octauianum & Lepidum instituitur. Demum anno Vrbis septingentesimo vndecimo, centum quadraginta Senatores ad necem proscripti, equestris ordinis circiter duo millia. Trucidatus CICERO: Cassius etiam & Brutus occisores Cæsaris grauissimis prælijs victi eodē anno seipsos interemerūt.

OCTA-

OCTAVIANVS postea AVGVSTVS dictus secundus ROMANORVM Imperator. Imperat annis ferè quinquaginta septem.

710 *Coss.* A.Hirtius C.Vibius Pansa

HEBDOM. *Danielis LXI.*

711 M.Aimilius Lepidus II. L.Munatius Plancus

Hic est Annus primus TRIVMVIRATVS, *vt suprà plenius explicatum est.*

712 L.Antonius Pietas P.Seruilius Vatia Isauricus

185 PARTHI *in Syriam irrũpũt.*

Captis Ierosolymis a Parthis, & HIRCANO *abducto, circiter festum Pentecostes (vt Iosephus refert lib.decimo quarto cap.viges. quinto)*

ANTIGONVS filius Aristobuli beneficio Parthorum Rex IVDAEAE designatur. Regnat annis tribus.

713 *Coss* Cn.Domiti⁹Caluin⁹II. C Asinius Pollio

Regina ÆGIPTI eadem Cleopatra.

Eodem quoque anno HERODES à Romanis REX IVDÆÆ constituitur, *vt idem Iosephus narrat capite sequenti.* Sed Iudæis pertinacissimè resistentibus nihil proficit, *donec tandem post annum tertium mense tertio Agrippa & Caninio Coss.vi armorum Hierosolyma potitur. De quo tunc plenius.*

714 L.Martius Censorinus C.Caluisius Sabinus

715 App.Claudius Pulcher C.Norbanus Flaccus

Ierosolymis è manu Parthorum ereptis, & Antigono occiso,

HERODES triennio prius a Romanis Rex IVDAEORVM designatus, iam demum, *teste Iosepho libro decimo quarto capite vigesimo octauo*, Regnat, Et primum quidem annos septem.

716 *Coss.* M.Vipsanius Agrippa L.Caninius Gallus

186 Tunc scilicet ablatũ est sceptrum de IVDA, *intruso hoc homine Idumæo*, vt sciretur proximè venturus CHRISTVS, secundum quod Iacob prædixerat Genes. 49.cap. *Supererat quidem Hircanus qui & a Parthis non multo post dimissus fuit, sed is priuatus deinde vixit, & anno tandem Vrbis septingentes. secundo fraude Herodis octogenarius occisus est, vt idem Iosephus narrat libro decimo quinto capite nono.*

717 L.Gellius Poplicola M.Cocceius Nerua

M.Aimilius Lepidus Triumuir

nir coactus à Collega Octauiano abdicat.

HEBDOM. *Danielis LXII.*

718 L.Cornificius Nepos
Sex.Pompeius Nepos

719 M.Antonius Nepos II.
L.Scribonius Libo

720 C.Iuli' Cęsar Octauian' II.
L.Volcatius Tullus

187

721 Cn.Domitius Ænobarbus
C.Sosius Nepos

722 C.Iul.Cæsar Octauian' III.
M.Valeri' Messala Coruin'

PVGNA ACTIACA hoc anno commissa. *Nempe* ANTONIO *post repudium Octauiæ sororis Octauiani*, CLEOPATRÆ *Reginæ Ægipti amoribus dementato, eidemq́, Cleopatra Imperium Romanum promittenti, bellum per Fecialem indicitur. Antonius totum Orientem contra Cæsarem, Cæsar Occidentem contra Antonium armat. Sed superatus prælio nauali Antonius ad* ACTIVM *Epiri promontoriū* 4. *Nonas Septembris cum Cleopatra fugit.*

Cæsar OCTAVIANVS, *ne quid grauius in Vrbe accideret, Antonium per suos insequens, ipse in Italiam proficiscitur, & anno sequenti reuersus ambos obsessos Alexandriæ tandem in potestatem redigit.* ANTONIVS *sibi ipsi manus intulit*, CLEOPATRA *similiter morsu aspidis sponte perijt. Octauianus denique suo quinto & L.Apulei Consulatu Vrbem triplici triumpho ingreditur*; & IANVM, qui ducentis annis patuerat, in signum pacis claudit, *Ludosque Actiacos instituit Anno Vrbis septingentes. viges. quarto. Dio & alij.*

HERODES *Antonij partes sequutus*, positum diadema, *(teste Iosepho libro decimo quinto capite decimo)* supplex iterū ab Octauiano impetrat.

Regnat adhuc annos triginta septem. *Exijs vsque ad Christū natum viginti nouem.*

723 *Coss.* C.Iul.Cæsar Octauianus IV.
M.Licinius Crassus

Et hîc (quod etiam ante me notauit accuratus nostri temporis Scriptor Baronius in initio suorum Annalium) corrigitur grauissimus lapsus eiusdem Iosephi. Nempe libro decimo septimo Antiquit. capite decimo dicit Herodem mortuum post detrusum regno Antigonū anno trigesimo quarto, anno vero trigesimo septimo, ex quo à Romanis Rex declaratus est (quod factum est, vt idem refert lib. decimo quarto capite viges. sexto, C. Domitio Caluino iterum & C. Asinio Pollione Coss. Vnde consequeretur Herodem mortuum esse anno ferè integro ante Christum natum; quod

K Euan-

Euangelicus illis verbis Math. 2: In diebus Herodis Regis ecce Magi veniunt ab Oriente Ierosolymam &c. apertè repugnat. Nempe hic est primus Herodes, & alter qui eum sequutus est non fuit Rex, vt omnibus notum est, sed tantum Tetrarcha.

Sed Iosephus (quod dolendum est) sui immemor fuit. Nam cum dicto libro decimo septimo capite octauo, testetur Herodem mortuum accedentem ad septuagesimum ætatis annum, & priùs libro decimo quarto capite decimo septimo dicat eum tempore belli Alexandrini nōdum excessisse annum ætatis decimum quintum (de quo & suprà ad Annum Vrbis septingētes septimum annotauimus) prorsus consequitur non alium quam hunc annum (quo, vt ex eodem Iosepho iam retulimus positum diadema iterum supplex ab Octauiano impetrauit) annū eius primum ex triginta septem esse computandum.

188. 724 C.Iul. Cæsar Octauian⁹ V. Sex Appuleius Nepos

IANVS *(vt & suprà dictum est) in signum pacis, nullis perstrepentibus bellis ab Octauiano hoc anno clausus. Dio Cassius*

HEBDOM. *Danielis LXIII.*

725 Imp. Cæsar Octauian⁹ VI. M. Vipsanius Agrippa II.

IANVS *iterum apertus, ob Cātabrorum in Hispania, & Asturum in vicinos eruptione, bello contra eos suscepto. Idem Dio*

726 Imp. Cæs. Octauianus VII. M. Vipsanius Agrippa III.

727 Imp. Cæs. Octau. Aug. VIII T. Statilius Taurus II.

189 728 Imp. Cęsar Augustus IX M. Iunius Silanus

Hoc anno confecto bello CANTABRICO *iterum* IANVS *clausus, sed iisdem Cantabribus rursum rebellantibus, simulque tumultuantibus* GERMANIS, *Galliasque incursantibus, mox iterū patet. Nondum tamen contra Germanos eo tempore bellum integrum susceptum est, sed posteà, vt suis locis annotabitur.*

729 Imp. Cæsar Augustus X. C. Norbanus Flaccus

730 Imp. Cæsar Augustus XI. Cn. Calpurnius Piso

731 M. Clau. Marcell⁹ Æsernin⁹ L. Arruntius Nepos

HEBDOM. *Danielis LXIV.*

190 732 Q. Aimilius Lepidus M. Lollius Nepos

733 M. Appuleius Sex. Nepos. P. Silius Nerua

734 C. Sentius Saturninus Q. Lucretius Vespillo

P. Cor-

735 P.Corn. Lētul' Marcellin'
Cn.Cornelius Lentulus

736 C.Furnius Nepos
C.Iunius Silanus
191

737 L.Domitius Ænobarbus
P.Cornelius Scipio

738 M.Liuius Drusus Libo
L.Calphurnius Piso Cæsonianus

Hoc anno RETI *&* VINDELICI *per Tiberiũ & Drusũ fratres, priuignos Augusti ingẽtibus prælijs vna æstate domantur.*

HEBDOM. *Danielis LXV.*

739 M Licinius Crassus
Cn.Cornel.LētulusAugur

740 Ti.Claudi' posteà Ti. Aug.
P.Quinctilius Varus
192

741 M.Valerius Messalla Barbatus Æmilianus
P.Sulpicius Quirinus

Bellum contra GERMANOS *Gallias populātes hoc anno susceptum. Missus in prouinciam* DRVSVS *primos domat Vsipetes, Tencheros & Cattos, Marcomannorum simul spolijs insignis. Inde pariter Cheruscos Suenos & Sicambros aggressus, omnes vicit. Demum per* MOSAM, *Albim, Visurgim &* RHENVM *vbique dispositis castellis & præsidijs, in prouincia vtcunque pacata moritur meritò cognomen* GERMANICI *sortitus) anno Vrbis septingentesimo quadragesimo quarto.*

742 Paulus Fabius Maximus
Q.Ælius Tubero

PANNONII *(nunc Austriaci sunt & Hungari) multis & varijs prælijs fatigati, & sæpius rebellantes à M.Agrippa repressi, tandem hoc anno Vrbis septingentesimo quadragesimo secundo à* TIBERIO *perdomiti sunt.*

743 Iulus Antonius F. Triũuiri
Q.Fabius Max.Africanus

744 Nero Claudius Drusus Germanicus
193 T. Quinctius Crispinus Sulpicianus

745 C.Martius Censorinus
C.Asinius Gallus

Sentius Saturninus, & P. Volumnius Syriæ Legati.

HEBDOM. *Danielis LXVI.*

746 T.Claudius Ti.F. Nero II.
Cn.Calpurnius Piso III.

747 D.Lælius Balbus
C.Antistius Vetus

C.Cæsar adolescens, Augusti filius adoptiuus, Syriæ & Orienti præponitur, dato ei Rectore, vt Tacitus docet libr. 3. Annal. P. Sulpitio QVIRINO. *Atque hic est* CIRINVS *seu Quirinus,*

cuius mentio est Lucæ 2. capite, vt paulo pòst plenius explicabimus.

194	748	Imp. Cæsar Augustus XII. L. Cornelius Sulla
	749	C. Caluisius Sabinus L. Passumi' Crispin' Rufus
	750	C. Cornelius Lentulus M. Valeri' Messalin' Cotta
	751	Imp. Cæsar Augustus XIII. M. Plautius Siluanus

HOC ANNO D.N. IESVS CHRISTVS Dei filius in Bethlehē Iudæ nascitur VIII. *Kalend. Ianuarij.*

De eo S. Epiphanius, qui claruit ante annos amplius mille ducentos, exactior inter omnes veteres talium rerum obseruator his verbis tradit libro secundo agens aduersus hæresim quinquagesimam primam: Nascitur, *inquit*, Saluator quadragesimo secundo anno AVGVSTI Regis Romanorum. *Et nonnullis interiectis*: Hæc autem facta in Consulatu Octauij Augusti decimo tertio & Silano Consule. *Ita ibi.*

In Fastis etiam Ecclesiasticis, hoc est Martyrologio Ecclesiæ quotānis 25. Decembris sic eadem res grato animo recolenda proponitur: Olympiade centesima nonagesima quarta; Ab Vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquages. secundo (*scilicet secundum supputationem, de qua in Præfatione diximus*) anno Imperij Octauiani Augusti quadrages. secūdo IESVS CHRISTVS æternus Deus, æternique patris filius, Mundum volens aduentu suo pijssimo consecrare in Bethlehem Iudæ nascitur, ex MARIA Virgine factus HOMO. *Hæc ibi.*

Quin hac ratione etiam, & vix alia quadrat illud Lucæ 3. capite; Anno quinto decimo Tiberij Cęsaris, & ipse IESVS erat incipiens quasi annorū triginta *vt ex sequentibus clariùs patebit.*

Et inter recentiores similiter his Cosulibus dicit Christum esse natū Onuphrius Panuinus in suis Fastis, item Dn. BARONIVS *in suis Notationibus in Martyrologium Romanum editis apud Plantinum anno* 89.

Interim idem Dn. Baronius, cū non solum ibi, vt dictum est, sed passim vbique in ijsdem Notationibus sequutus esset calculum Onuphrij (vt videre est in anno mortis SS. Petri & Pauli 29. Iunij & alibi, & ipse quoque fatetur in initio suorum Annalium agens de anno nati Christi) posteà paucis interiectis annis laboriosè iam dicto loco Annalium conatur astruere Christum natū præcedentibus Consulibus Lentulo & Messalino.

Optaui & ego diu multumque, vt possem huic eius posteriori sententiæ accedere, Deus scit, ne perpe-

tua

tua esset contentio de his quæ tam solemniter quotannis, vt videmus, in Martyrologio Ecclesiæ proponũtur; sed vidi me non posse, nisi reclamante rationis indagine. Quare benigne Lector, tuque inprimis vir illustrissime simul & doctissime, rogo candide accipite, si potiùs cum Onuphrio, quem & vestra eruditio, & totus, vt ita dicam, orbis multis annis, excepto errore in primis Pōtificibus per eum commisso venerabundi susceperunt, & ego sentiam, maximè quod & eius qui prior est tempore, potiora quoque videantur esse iura.

Dn. BARONII dicto loco Annalium hæc sunt verba: *Iam omnia, inquit, contrahentes in vnũ dicimus Redemptorem natum vigesima quinta Decembris C. Cornelio Lentulo & M. Valerio Messalino Coss. Augusti Imperatoris ab inito Triumuiratu quadragesimo primo, à nece Cæsaris quadragesimo secundo, Herodis Regis anno vigesimo nono inchoato, ab Vrbe condita septingentes. quinquagesimo primo, Olympiadis centesima nonages. quarta anno secundo.* Ita ibi Dn. Baronius.

Sed primum, si illi Consules constituunt annum Augusti quadragesimum secundum, non debebat in ijsdem Annalibus mox annus sequens inscriptus Augusto XIII. *& Siluano Coss. iterum ab eodem Baronio vocari annus Augusti quadragesimus secundus, quippe à Kalendis Ianuarijs annum auspicabātur Romani, & loquendum est vt multi, monent e Prouerbio.*

Deinde, nisi vehementer fallar, repugnat etiā ipsi quod est de Anno Vrbis condita in Martyrologio Romano, ab eodē quoque Dn. Baronio illustrato. Nam vt audiuimus, dicit Martyrologium, Christum natum Anno ab Vrbe condita septingētes. quinquagesimo secundo. *Iam verò Consules à Baronio positi, sicut secundum veterem supputationem ab Holoandro & alijs in Tabulas digestam, & multis annis approbatam adscribuntur anno Vrbis septingentes. quinquagesimo primo, ita secundũ correctiorem Fastorum rationem à Sigonio, Contio & alijs traditam (de quo pluribus egimus in Præfatione) ponuntur hi Consules tantùm Anno Vrbis septingentes. quinquagesimo: Atque ita nullo modo quinquagesimo secundo.*

Vehementer pro se vrget Dn. Baronius illa verba D. Ignatij in epistola ad Trallianos; καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ιωάννου: *quæ ille sic vertit:* Et expletis tribus annorum decadibus baptisatus est à Ioanne: *quasi Christus baptisatus sit anno trigesimo completo, & tregesimo primo ineunte. Sed verbū illud* πολιτευσάμενος, *potest & sic accipi, vt tantùm sit sensus;* Cū Christus per tres decades iam politiam & œconomiam patris

 admini-

administrasset. *Et certè si quis harum subtilitatum seu difficultatum ignarus interrogetur, quid sibi velint illa verba Lucæ 3. ad quæ Ignatius alludit;* Anno quinto decimo Tiberij Cæsaris & ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta; *prorsus respondebit annum decimum quintum Tiberij esse annum Christi trigesimum, & non trigesimum primum, quod contendit Baronius.*

Denique argumento illi alteri præcipuo, cui innititur, à traditione Romanæ Ecclesiæ desumpto, & ex V. Beda & alijs, vt videtur, stabilito, opponimus, ne prolixiores simus, testimonium eiusdem Ecclesiæ ex Martyrologio Romano de Anno Vrbis iam recitatum, quod nullo modo, vti ostendimus, sententiæ Dn. Baronij potest accommodari.

Atque hæc quidem pluribus quam Opusculi ratio alioqui permitteret. Sed dolebat quod supputationes annorum ab Onuphrio satis rectè constituta, imò & ab ipso Dn. Baronio dudū in Notationibus suis ad Martyrologium Romanum recepta & approbata hoc modo rursum velut in dubium reuocarentur.

SOLVVNTVR ALIÆ DIFFICVLTATES circa annum NATI SALVATORIS moueri cōsuetę.

Sed nūc etiam alia expediamus. Et primū quidem, quod Lucas Euangelista capite secūdo dicit, Christo iam iam nascituro descriptionem factam sub Præside Syriæ Cirino seu Quirino, à nonnullis impugnatur ex Iosepho libro decimo septimo Antiquitat. cap. vltimo & libro sequenti; vbi Censum Quirini multis annis posteà constituit. Et alibi etiam satis indicat Sentium Saturninum toto hoc tempore Syriæ præfuisse, quod & Tertullianus sensisse videtur libr. 4 aduersus Marcionem cap. 19. Sed breuiter huic quæstioni respondendo doctissimus vir Dn. Pamelius in Notationibus suis ad locum illū Tertulliani, dicit Cirinum seu Quirinum per Sentium Saturninum tunc egisse Censum; & quod Iosephus intelligendus sit de Censu alio posteà adhuc semel per eundem Quirinum facto.

Neque id mirum. Nam annis quinque ante Christum natum Balbo & Antistio Coss. C. Cæsarem adolescentem, Augusti filium adoptiuum, dato ei rectore P. Sulpitio Quirino, toti Orienti fuiße præpositum, Tacitus libr. 3. Annalium irrefragabilis testis est. Interim

terim & nouus quidam modus Census seu Descriptionis tunc fuisse significatur, cum dicitur (hæc descriptio prima) *Nempe Iudæam dudum anteà, & sæpius fuisse censam, præter Iosephum, etiam Dio libr. 39. asserunt. Dn. Baronius etiam pluribus hæc disputat, sed hæc videntur sufficere.*

De FONTE OLEI *trans Tyberim integro die fluente, (quo* CHRISTVS VNCTVS *significabatur Eusebio & Orosio interpretantibus) multi ignari historiarum referunt ad ipsam noctem vel saltem annum Christi nati, sicut & de* IANO *clauso, quod signum pacis erat, ac rursum quod Augustus noluerit vocari* DOMINVS, *& similia. Sed de* IANO *clauso paulò ante dictum est ad Annum Vrbis septingentesimū vigesimum quartum & sequentes.* FONTEM *autem* OLEI *fluxisse vterq; Auctor annotat, sed ante pugnam Actiacam triginta annis ante Christum natum. Cuius quidem miraculi exteri Scriptores non meminerunt, fortaßis, quia ibi trans Tyberim sedes erat Iudæorum hominum vilium, vt latius Baronius prosequitur; sed antiquißimum templum ibi erectum eique memoriæ consecratum, apud Christianos facilè. Historia fidem facit.*

Sed non eiusdem auctoritatis est quod narratur ipsa nocte Natalis Christi collapsum esse Romæ PACIS TEMPLVM. *Nam, vt post alios etiam Dn. Baronius docet, est id merum figmentum incerti Auctoris, eo quod ante tempora Vespasiani Imperatoris, qui primū imperare cœpit anno septuagesimo post Christum natum, nusquam fuerit Romæ templum Pacis. Fuerunt quidem aliquando statuæ in Capitolio cœlitus tactæ & liquefacta, acceptumque est prodigium (ait Suetonius in Octauiano cap. 94.)* Naturam populo Romano REGEM parturire (*certè* CHRISTVM, *vt nos interpretamur) sed id factum est, vt & Dio testatur lib. 37. Anno Vrbis sexcentesimo nonagesimo.*

Porrò quod Augustus DOMINVS *vocari recusauerit, Dio id refert factum Anno Vrbis septingentesimo quinquagesimo septimo, hoc est anno sexto post Christum natum. Interim semper quoque eum respuisse superbos titulos, indicio est, quod, eodem Dione & alijs attestantibus, nunquam nomen* DICTATORIS *quod tantopere Syllæ & Iulio Cæsari placuerat, deferri sibi paßus sit.*

Quin & illud quòd multis in locis ex Nicephoro pingitur, Dei genitricem infantem in vlnis habētem, monente SYBILLA *velut ab Augusto in aëre visam, sic tantum accipiendum est, (ait idem Dn. Baronius) quod* AVGVSTVS *diligentißimus fuerit carminum*

minū SYBILLINORVM *scrutator & cultor, de quo Tacitus libro 5. Dio libro 54. atque etiam Suetonius capite 31.*

Erant autem SYBILLÆ *(vt suprà quoque annotauimus ad Olympiadem viges. quartam sub Numa Pompilio) vates in diuersis orbis partibus ob insigne virginitatis, vt D. Hieron. putat lib. 1. contra Iouinianū, quasi* Διὸς *vel Æolicè* σιὸς βουλαί, *id est Dei consiliaria, de quibus etiam tunc plura diximus. Atque adeò non multo ante Christum natum in omnium ore fuisse illud* SYBILLINVM *Oraculum;* REGEM venturū, quem qui non reciperet saluus esse non possit, *prater Lactantium Christianum, qui de Sybillis prolixè scripsit, testes quoque sunt Cicero lib. 2. de diuinatione, & L. Florus libro quarto capite primo de Lentulo sibi propterea regnum augurante, & Vergilius ecloga 4.*

Imò & hunc REGEM à IVDÆA esse venturum non pauci existimârunt, *de quo nominatim idem Tacitus lib. 21. Annalium de Vespasiano; & Suetonius in eodem. Tantis nuncijs præsignatus fuit* CHRISTI *in carnem* ADVENTVS.

CONSVLES aperientes annum Christi primum; vtpote creati ijsdem Kalendis Ianuarijs, quibus CIRCVMCISVS *est* CHRISTVS,

Cossus Cornelius Letulus
752 L. Calphurnius Piso

195 *Hoc Anno etiam, mox octauo Idus Ianuarij Christus à* MAGIS *adoratur Math. 2. Erant hi viri sapientes, Reguli Chaldai Persis tunc subiecti, vt ex Chrysostomo & Theophilacto colligitur. Posteà autem migrat Ioseph iussu Angeli cum puero & Maria matre eius in* ÆGIPTVM, *ac demum vigesima octaua die Decembris necantur* PARVVLI *ab* HERODE *à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Ibidem.*

Videlicet, primùm quidem cum Magi non essent ad eum reuersi, putauit eos fuisse delusos. At deindè paulatim in vulgus delatis ijs qua contigerant in templo in die Purificationis, caca rabie, tantum quia pauci dies fluxissent vltra annum ab apparitione stella, iussit etiam omnes bimulos interfici, ne quoquo modo Christus effugeret.

Quin inter cateros proprius quoque filius Herodis interfectus est: De quo sic Macrobius homo religionis nostra ignarus lib. 2. Saturnalium capite 4. Cum audisset, inquit, Augustus inter eos quos in Syria HERODES *inter bimatum*

inter-

interfici iusserat, filium quoque eius occisum: ait; Melius est esse HERODIS PORCVM *quam filiũ. Hæc ille. Putà Herodes religione Iudæus non vescebatur porcina.*

Quidam fingunt biennio dilatã hanc cædem, & ideò dictum esse (A bimatu & infrà) quasi Herodes eo tempore occupatus fuerit agens causam suam Romæ contra filios Aristobulum & Alexandrum, quos & tandem velut iure neci tradidit. Sed (vt constat ex Iosepho libro decimo sexto capite decimotertio) altercatio illa Herodis & filiorum contigit vt minimũ sex annis ante Christum natum, videlicet Saturnino & Volumnio Præsidibus Syriæ in locum Titi, cuius capite præcedenti mentio est, recens submissis.

HEBDOM. *Danielis LXVII.*

753 C. Iulius Cæsar
L. Aimilius Paulus

754 P. Vinicius Nepos
P. Alfinius Varus

755 L. Ælius Lamina
M. Seruilius Geminus

196 756 Sex. Ælius Catus
C. Sentius Saturninus

757 L. Valeri' Messalla Volusus
Cn. Cornel. Cinna Magn'

758 M. Aimilius Lepidus
L. Arruntius Nepos

759 A. Lucinius Nerua Silian'
Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus

Hoc Anno octauo Christi circa Pascha HERODES *impius, morbo intercutis, & scatentibus fœtidis circa pudẽda vermibus diu & grauissimè sed iustè cruciatus sibi ipsi manus intulisset, si sui permisissent, sicque vi morbi tandem consumitur homo crudelis suprà quam dici potest. Nam, vt Iosephus refert lib. decimo quinto cap. nono & vndecimo, & libro decimo sexto cap. vltimo, præter alios plurimos, Hircanum quoque legitimum Regem, mansuetissimum virum, quem diu subdolè coluerat, interfecit, vxorem etiam suam Mariamnem Hircani filiam, seu vt alij malunt, neptem, & duos filios proprios Aristobulum & Alexandrum, omnes calumnijs oppressos. Deinde iam proximus morti etiam alium filium Antipatrum occidi curauit, eodem Iosepho teste lib. decimo septimo cap. decimo.*

Quin & iusserat plurimos nobiles Circo clausos statim à morte sua trucidari, vt ibidem narratur, quatenus luctus ille impediret quod futurum erat de morte eius gaudiũ; sed tamen beneficio Salomes sororis eius seruati sunt. Moriens autem filijs tribus, Archelao regnum Herodi Antipæ Galilæam, Philippo Thraconitidem, & Salomæ sorori suæ Azotum & alia quædam attribuit: quod tamen eius testamen-

tum Augustus partim ratum habuit partim non ratum; de quo qui volet legat Iosephum iam dicto lib. decimo septimo cap. decimo & sequenti.

Has Tetrarchias quasi Principatus per quatuor diuisas quidam dictas volunt. Sed friuolum est in huiusmodi cruciari. Interim Tacitus lib. 5. sic dicit; Gentem liberi Herodis tripartito rexêre. Hac ille. Et rursum Plinius agens de Abila ciuitate (cuius Lisanias Lucæ 3. scribitur fuisse Tetrarcha, de quo & Iosephus libro decimo tertio) dicit in prouincia Decapoleos, cum decem fuerint ciuitates, earum fuisse Tetrarchias singulas instar regnorum. Hac Plinius lib. 5. cap. 18.

Alij alijs atque alijs annis ponunt obitum Herodis, sed vide quæ suprà prolixè annotauimus ad Annum Vrbis septingentes. vigesimũ tertium.

ARCHELAVS *filius Herodis Rex Iudæorum.* Regnat annis octo.

Hoc anno Vrbis septingentes. sexagesimo CHRISTVS *redit ex* ÆGIPTO, *vt Ecclesia recolit, septima die Ianuarij, ingressus, vt videmus, annum ætatis nonum.*

HEBDOM. *Danielis LXVIII.*

197 760 *Coss.* M. Furius Camillus
Sex. Noni' Quinctilian'

761 C. Poppæus Sabinus.
Q. Sulpitius Camerinus

762 P. Cornelius Dolabella
C. Iunius Silanus

763 M. Amilius Lepidus
T. Statilius Taurus

CHRISTVS *factus annorum duodecim, vt est Lucæ 2. cap. disputans in templo inter Doctores, radium diuinitatis suæ exhibet. Deindè verò latêre volens vsque ad annum ætatis trigesimum, verisimiliter cum Ioseph nutritore fabrilia exercuit, sicut Marci sexto capite etiam ipse faber vocatur. Et Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone idem non obscurè confirmat his verbis: Cum fabri tignarij, inquit, filius haberetur, informis videlicet, quẽadmodum Scriptura annunciauerant, faber atque adeò & ipse putaretur esse; fabrilia namque cum in hominibus esset, faciebat opera, aratra & iuga conficiens. Hac Iustinus Martyr & Philosophus.*

198 764 Ti. Iulius T. F. Augusti N.
Germanicus Cæsar
C. Fontius Capito.

765 C. Silius Nepos
L. Minucius Plancus

766 Sex. Pompeius Nepos
Sex. Appuleius Nepos

Hoc anno, qui est vltimus Cæsaris Augusti & Christi decimus quintus, ARCHELAVS *Rex Iudæorum accusatus apud Augustum à Samaritanis & Iudæis va-*

ria

ria tyrannidis, anno regni sui octauo relegatur Viennam Galliæ, ditione eius Syria attributa Euseb.

Iosephus quidem, et ex eo etiam Dio Cassius ponunt id factum M. Aimilio Lepido & Arruntio Coss. hoc est anno Christi septimo. Sed sicut iam ad annum septingentesimum vigesimum tertium annotauimus, Iosephus (quod vehementer dolendum est) in annis Herodis errauit, vt mirum non sit si erret etiam in annis Archelai eius filij & successoris.

Atque hoc Anno 14. Kalendas Septembris, teste Suetonio & alijs, Imp. Cæsar AVGVSTVS *moritur.*

TIBERIVS AVGVSTVS, Germanicus, priuignus Augusti filius adoptiuus, tertius ROMANORVM Imperator.

Imperat annos viginti duos menses sex.

HEBDOM. *Danielis LXIX.*

767 *Coss.* Drusus Iulius T.Aug. F. Cæsar
C.Norbanus Flaccus.

Hic est Annus Tiberij primus & Christi decimus sextus.

768 T.Statilius Sisenna Taur°
199 L.Scribonius Libo

769 C.Cælius Rufus
L Pomponius Flaccus

770 Ti.Cæsar Augustus III.
Ti.Iuli° Ti.Aug.F.Cæs. II.

771 M.Iunius Silanus
L.Norbanus Flaccus Balb°

772 M.Valerius Messalla
200 M.Aurelius Cotta

773 Ti.Iuli° Ti.Aug.F.Cæs. IV.
Drusus Iulius Ti.August.F. Cæsar II.

HEBDOM. *Danielis LXX.*

744 C.Sulpitius Galba
D.Haterius Agrippa

775 C.Asinius Pollio
C.Antistius Vetus

776 Seru.Cornelius Cethegus
201 L.Visellius Varro

777 Coss° Corn.Lētul° Isauric°
M.Asinius Agrippa

778 Cn.Corn. Lētul° Getulic°
C.Caluisius Sabinus

Hoc anno Pontius PILATVS *Procurator in Iudæam à Tiberio mittitur.*

779 M.Licinius Crassus
L.Calpurnius Piso

780 Ap.Iunius Silanus
202 P.Silius Nerua

Hic est Annus Christi vigesimus nonus, & annus vltimus SEPTVAGESIMÆ HEBDOMADIS *apud Danielem capite nono prædictæ, vt proinde in dimidio heb-*

domadis sequentis, id est annis tribus & dimidio posteà, deficiat hostia veteris legis, consummata per SACRIFICIVM CRVCIS. *De quo prolixè egimus suprà ad Annũ Vrbis ducentes. nonagesimũ.*

781 C.Rubellius Geminus
C.Fusius Geminus

Hoc anno D.N. IESVS CHRISTVS *à Ioanne Baptista in Iordane baptisatus est, vt ad Annum Vrbis septingentesimũ quinquages. primum iam explicuimus, & quidem, vt Ecclesia recolit,* 8. *Idus Ianuarij.*

782 L.Cassius Longinus
M.Vinicius Quartinus

783 Ti.Cæsar Augustus V.
L.Ælius Seianus

CHRISTVS DOMINVS pro salute nostra CRVCI innocentissimus affigitur circa finem mensis Martij, Pascha quartum post alia tria ab Euangelistis commemorata, sacratissima sua morte consecrans anno Tiberij decimo octauo.

784 *Coss.*Cn.Domitius Ahenobarbus
A.Vitellius Nepos

203 *Ita & Dn.Baronius. Tantum in eo dissentit, quod annum hunc Tiberij decimum octauum vocet Christi trigesimum quartum, quem nos ponimus solum trigesimum tertium. Sed de eo pluribus egimus ad Annum Vrbis septingentes. quinquagesimum primum.*

De terribili ECLIPSI *facta tempore Dominicæ Passionis, (de qua Matth.27. & Lucæ 23.) sic habet quoque Phlegon Scriptor ethnicus, Hadriani Imp. Libertus, apud Eusebium:* Quarto, inquit, anno ducentesimæ secundæ Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis est facta. *Hac ibi.*

Incipiebat scilicet annus quartus illius Olympiadis in Iunio anno decimo septimo Tiberij, & finiebatur in Iunio anni eius decimi octaui, quando noui iterum Ludi Olympici celebrabantur, & aperiebãt Olympiadem ducentes. tertiã, de quo prolixè docuimus in Præfatione.

Quin de eadem ECLIPSI *& Apollophanes Philosophus ad sodalem* DIONYSIVM *Areopagitam tunc nondum Christianũ, videns eam contra naturæ cursum in plenilunio, atque ab Oriente factam, & Lunam subitò ex diametro Solis restitutam;* Hæ, inquit, ô bone Dionysi, diuinarũ vicissitudines rerum sunt: *Refert idem Dionysius in epistola ad Policarpum.*

FINIS.

Vidi & dignum prelo censui. Siluæducis, 17. Maij. an. 1602.

G. Coeuerincx.

IHS